

R. FRIEDLÄNDER & SOHN
Buchhandlung
Berlin N.W. 6.
11. Carlstrasse 11.

II

ENVMERATIO STIRPIVM AGRO TVBINGENSI INDIGENARVM.

AVCTORE

J. F. GMELIN,

MED. DOCT. TVBINGENSI.

TUBINGAE

LITTERIS SIGMVNDIANIS.

1772.

ARNOLD ARBORETUM HARVARD UNIVERSITY

Sept. 1909
20764

SERENISSIMO

ATQVE

POTENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

CAROLO,

DVCI WIRTEMBERGIAE ET TECCIAE,

COMITI MONTISBELIGARDI,

DYNASTAE HEIDENHEIMII ET IV-
STINGAE REL.

AVREI VELLERIS EQVITI, ET CIRCVLI
SVEVICI GENERALI CAMPI
MARESCHALLO
&c. &c.

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO,

CLEMENTISSIMO,

SERENISSIME AC POTENTISSIME
DOMINE DUX!

Audeo primitias has floræ Tubingenſis ſacrato TVO inſcribere Nomini, nimis forſan temerarius, qui ſplendori Principis tenues haſce pagellas offeram: Sed quis eſt, qui ſingularem illam, qua homines litterarum ſtudioſos dignaris, ignoret gratiam & clementiam! Quis eſt, quin divinum illud, quo rempublicam litterariam, præſertim patriam, & ornare & amplificare ardes, venerabunda mente admire-

miretur deſiderium! Quis eſt, qui TVIS ſub auſpiciis ſtudium rei ruſticæ florere, incultas olim & ſteriles terras fructuum nunc feraciſſimas eſſe, & ſic veras patriæ divitias ſubditis TVIS demum innoteſcere & utiles reddi neſciat!

Permittas igitur, PRINCEPS, Muſis faventiſſime! ut hanc opellam ad TE, in teſtimonium mentis TIBI devotiſſimæ, devolvam, atque ad TANTI PRINCIPIS, quem Deus dulciſſimæ Patriæ quam diutiſſime conſervet, immenſam gratiam tanquam tutiſſimum umbraculum confugiam,

DUX SERENISSIME ET POTENTISSIME!

TUAE SERENITATIS

Servus humillimus ac ſubjectiſſimus,
J. F. GMELIN.

PRÆFATIO.

Stirpium, quibus Naturæ benigniſſimus Auctor agrum Tubingenſem dotavit, curatiorem plenioremque deſcriptionem habere, & utile & jucundum exiſtimavi; hinc eandem pro eo, quo jam a teneris unguiculis in ſtudium botanicum ferebar, amore, pro viribus adornare mecum conſtitui: Equidem non mihi id ſumo, quaſi primus hiſce laboribus manus admoverem, quippe qui perbelle illuſtria tot egregiorum Virorum Jo. Bauhini, Fuchsii, Camerariorum, Rudolphi Jacobi, Eliae, & Alexandri, in hac univerſitate Profeſſorum olim Celeberrimorum de re herbaria patriæ merita & novi & veneror: Attamen hi ipſi non in eo ſuam inprimis collocarunt operam, ut ex ordine

ARBORETUM
HARVARD
UNIVERSITY

plantas in agro Tubingenſi ſponte progerminantes recenſerent, ſed potius aliis & adnotationibus & obſervationibus (in ſuis diſſertationibus *) rem botanicam ditarunt: Ante hos quinquaginta annos Cl. DUVERNOY tum temporis hujus univerſitatis Profeſſor Extraordinarius, Petropolitanæ poſtea Academiæ membrum ordinarium de enumeratione plantarum indigenarum meritus eſt, qui ſpeciminis loco deſignationem plantarum circa arcem Tubingenſem florentium edidit: ſic plantas regionis omnium nobis vicinarum omnino maxime fertilis nobis recenſuit, reliquarum in aliis tractibus exhibendarum ſpem in ſubſecuturis ſpeciminibus faciens, quibus promiſſis quum Cl. Auctor non ſtaret, mihi in mentem venit, cœptum opus proſequi, & addenda addere.

Verum enim vero cum inde a tempore DUVERNOYI rei herbariæ facies mirum in modum mutata ſit, nolui cum noſtro Duvernoy Bauhiniana iſta & Tournefortiana,

*) Rud. Jac. CAMERER de plantis vernis. Reſp. El, CAMERER Tubingæ MDCLXXXVIII. Rud. Jac. CAMERER de convenientia plantarum in fructificatione & viribus. Tub. MDCXCIX. Alex. CAMERER de botanico. Tubingæ MDCCXVII.

tiana, nec nunquam arbitraria, noſtrisque temporibus plurimis rei herbariæ ſtudioſis minus nota nomina vel minus adæquatas definitiones adhibere, ne itaque flora Tubingenſis inſertis & additis abs me iis plantis, quæ in aliis, quam circa arcem, tractibus creſcunt, nimis difformis fieret, eam totam potius denuo ſub incudem vocavi, plantas, quascunque mihi in omni agro Tubingam circumdante, deprehendere contigit, collegi, collectas & examinatas in ordinem ſyſtematicum, locis natalibus in gratiam noſtratium plerumque ſpecialiſſimis notatis, digeſſi, ill. LINNAEUM ſecutus, cujus lingua nunc plerique botanici uti vel amant, vel ſciunt, cujusque definitiones omnibus in promtu ſunt, ut labore eas apponendi facile ſuperſedere potuerim, loco definitionum nomina, quæ vocant, trivialia ponendo, compendio quippe dicendorum gaviſus; ubicunque tamen aliquid obſcuri in definitionibus deſcriptionibusque Linnæanis ſubeſſe, aut quando ſpecies aliqua vel plane non, vel non ſatis exacte cum determinatione Linnæana convenire videbatur, naturam conſului, ex eaque oblatas notas deſcripſi; nec non ad ſup-

ſuppeditatas ab aliis egregiis botanicis notas confugi, hinc v. g. in ordinandis diſcerni difficilioribus caricis & roſæ ſpeciebus LINNAEUM quidem ſecutus ſum, ſed hæſitantem nonnunquam in genere caricis propior inſpectio, & facilior Perilluſtr. HALLERI deſcriptio adjuvit & confirmavit; neque in roſis neglexi characteres, quos nuper ex foliolis calicis deſumtos ſolers Cl. HERMANNI & du ROI diligentia ſubminiſtravit, ſubjungere.

Acceſſit etiam, ſed rarior plantula, quæ ex aliis mundi plagis in noſtram translata ita ſe propagavit, ut nunc domeſtica nobis ſit, & reliquis ſponte naſcentibus adſcribenda; referre huc liceat Stramonia Daturam & Metel, Spiræam ſalicifoliam & Erigeron canadenſe. Sic ex Duvernoyano libello hicce meus quoad numerum certe plantarum triplo fere auctior natus eſt, non uno quidem anno, cum, congenito quaſi in patriam florem ſtudio, jam a prima pueritia quaquaverſum per noſtra vireta, pulchra, qua florifera dea terram ornat, veſte delectatus excurri, atque has naturæ divitias admirabundus collegi.

Manu

Manu duxit optimus ante hos quatuor annos vivis, proh dolor! ereptus Pater, Chemiæ & Botanices P. P. O. excitavit, juvit, inſtituit; nec mihi ejus in officio ſucceſſor, ſanguinis & amicitiæ vinculo conjunctiſſimus Doctor JAEGER defuit, qui quoque me prioribus æſtatibus denuo excurſionibus botanicis plantarumque examinibus repetitis comitatus eſt.

In aliis regionibus hujus late patentis Ducatus, quascunque hactenus mihi adire contigit, campos ſylvasque plantarum colligendarum cupidus perluſtravi, atque in iis ipſis acquirendis, transmiſſis rarioribus, laudabilem operam contulerunt Cl. Med. Lic. OFTERDINGER, Medicus Balingenſis, Cl. Lic. HILLER, Medicus Heilbronnenſis, Cl. Lic. WEINMANN, Medicus Reutlingenſis, *) & Dmnus SIGEL, Pharmacopœus Vaihingenſis, ut, quamvis mihi multæ urbes regionesque fertiliſſimæ, totque naturæ divitiis abundant Patriæ adhucdum ſint inviſæ & inacceſſæ, nequaquam de flora Wirtembergica adornanda deſperem, quoties ſingularem gratiam, qua Sereniſſimus Noſter CA-

*) Auctor diſſertat. ſiſtentis faſciculum plantarum circa Reutlingam ſponte creſcentium cultarumque &c. Tub. 1764.

CAROLUS, Princeps Muſis faventiſſimus, artes & ſcientias protegit, devotiſſimo animo mecum veneror: Nunc autem ad Tubingenſem tantum agrum, vix una alterave alius regionis plantula annotata, huncce qualemcunque laborem reſtrinxi, ut autem unusquisque eo facilius me in colligendis plantis fertiliſſimæ hujus regionis poſſit ſequi, paucis liceat ſitum urbis deſcribere, montibus, vallibus & fluviis undique circumdatæ; Sita nempe eſt urbs noſtra media duas inter valles, & gratia ſua & fertilitate oculum animumque mire delectantes, cujus utriusque tractus dirigitur ab oriente ad occidentem: Altera vocatur vallis Amerina, altera Nicarina; illa magis ſeptentrionalis a rivo Amer dicto, totam vallem pererrante & proxime ad mœnia noſtra cum Nicaro lymphas ſuas miſcente; hæc magis a meridie ſita, a fluvio Nicaro ita nuncupata, qui haud procul ab urbe torrentem Steinlach in ſe recipit; utramque hanc vallem & oppidum ipſum & jugum montium ſatis fertilium diſterminat: Et quidem orientem verſus, qui mox ante urbem incipiens ad pagum Luſtnaviam, quadrantem milliaris ab urbe diſtantem,

ex-

extenditur, mons dictus anatolicus, vulgo Oeſterberg, qui latere ſeptentrionali prata fertiliſſima, meridionali vineas præ ſe ferens, nemore ſic dicto Luſtnavienſi, & ericeto terminatur: Occidentem autem verſus ille præſertim montium tractus ponitur, cujus delicias vegetabiles guſtandas nobis dedit DUVERNOY, tractus & pratis, & vineis, & ulteriore progreſſu plantis rarioribus alios longe præſtans; eſt proximus ab urbe mons dictus Schloßberg; eſt Pfalzhalt, Rappenberg, Gypsberg, & qui anthophilis reliquis omnibus præcellit, Spizberg, ad cujus pedem, ſi orientem reſpicias, ſitum eſt torcular ſic dictum quartum, quartum ſcilicet, ſi a porta Hirſavienſi numeres, ſi occidentem reſpicias, pagus comitatus HohenbergenſisHirſavia, ſi ſeptentrionem, villa Schwärzloch, mediis ſylvæ in umbris poſita; ſunt præterea aliæ & valles, & montes, & ſylvæ, phytologorum attentione dignæ. Eſt vallis nuncupata Luſtnavienſis, propago quaſi ſeptentrionalis vallis Amerinæ, ab urbe noſtra ad pagum Luſtnaviam usque ſe extendens; eſt vallis Bebenhuſana, ſylvæ quaſi incluſa, a pago Luſtnavienſi ad cœnobium usque Bebenhuſanum protenſa;

prehenderint, quas alias in flora aliqua ſpeciali non exſpectamus: Equidem me fortunatum reputavero, ſi his meis primis conatibus noſtros cives ad amorem botanices excitavero, eorumque fervorem in rebus œconomicis, maximeque in agris pratisque colendis adjuvero, dum hinc inde invenient, ipſam patriam noſtram plantas ferre, quæ alias per mare transvehuntur, vel transvectis facile ſubſtitui poſſunt; ideoque, ut hoc ipſum eo magis in oculos incurrat, præter nomina technica nomina quoque trivialia germanica, gallica, italica, anglica & belgica adpoſui, ſic forſitan ab haud paucis, qui apud nos ſcriptis œconomicis legundis delectantur, & ſuo ſtudio ipſis agricolis inſerviunt, aliquam gratiam initurus.

MONANDRIA.

Callitriche verna, Linn. Frühlingswaſſerſtern; floret Junio in foſſis aquoſis, viae Hechingenſi adjacentibus.

DIANDRIA.

Liguſtrum album, Linn. Troëne, Liguſtro, Κυπρος Διοσκοριδου, Prime-print, Privet, Keelkruyd, Mondhout, gemeiner Hartriegel, Rheinweiden, Beinholz, Mundholz, Kingertenholz; floret Junio in ſepibus: Plantae, quae topiariis idonea, ſepes etiam praebet debiles quidem in bono ſolo, ſed denſas & pulcras Gleditſch vermiſchte phyſicaliſch-botaniſch-öconomiſche Abhandlungen. 2. p. 425. flores odorati & mel praebent apibus, Gled. l. c. 2. p. 166. & deſtillatione aquam, quae uti & ſuccus & decoctum foliorum interno externoque uſu adſtringunt: Folia ab ovibus non comeduntur: Baccas & vinis ſaturſorem, & aliis liquoribus caeruleum conciliare colorem ex aliis Erhart in der öconomiſchen Pflanzenhiſtorie. 6. B. p. 57.

A Cir-

Circaea lutetiana Linn. gros Hexenkraut; Julio in monte Balingenſi Lochenſtein florentem invenit & miſit Cl. Oſterdinger.

Veronica ſpicata Linn. Veronique à épi, ährenförmiger Ehrenpreis, kleiner Bergehrenpreis mit blauen Blumenſpizen; floret Majo ad rivulos, in montibus & in ſepibus montis anatolici, vulgo Oeſterberg. Folia caulem amplectuntur: Flores ab apibus amantur. Gled. l. c. 2. p 196. in febre tertiana debellanda idem effeciſſe, quod cortex peruvianus, traditur in fränkiſcher Samml. 6. B. p. 32. n. 4. p. 136.

Veronica officinalis Linn. *Veronica mas ſupina & vulgatiſſima*; Veronique mâle, Thé de l'Europe, Veronica, male Speedwell, Eerenprys, gebräuchlicher Ehrenpreis, Ehrenpreis, Grundheil; floret Majo & Junio in ſilvis, praeſertim Bebenhuſanis, Burgholz, montis Spizberg &c. Julio in ſilva Schwärzloch invenit Duvernoy. Tota planta, exceptis radicibus, petalis & genitalibus hirta; radix fibroſa; caulis procumbens, ramoſus, folioſus, brevis, ſpicis lateralibus axillaribus, pedunculatis, incurvis; pedunculis hirſutis; floribus breviter pedunculatis alternis, bractea ſuffultis; corollis ſtriatis pallidioribus, quam in reliquis ſpeciebus: Amariuſcula, aperiens, leniter adſtringens, balſamica & pectoralis herba, cum betonica officinali odore, ſapore, & viribus conveniens

niens theae ad inſtar potanda commendatur.

Veronica ſerpyllifolia Linn. *Veronica ſerpyllifolia pratenſis;* Ehrenpreis mit Quendelblättern, gemeiner glatter Feldehrenpreis, kleiner glatter Feldehrenpreis; floret Majo in ſilva Burgholz; in paſcuis & pratis praeſertim Poltringenſibus. Vere ab ovibus frequenter comeditur, in locis inundatis noxia.

Veronica Beccabunga Linn. *Veronica aquatica major, folio ſubrotundo;* Becabunga (Gall. & Ital.) Brooklime, Beeke-boom, Bachbungen; floret a Majo ad Septembrem in aquis, paludibus, rivulis. Radix inſipida, inodora, fibroſa, ſtolonifera: Caulis craſſus, ſucculentus, ramoſus, folioſus; racemi oppoſite naſcentes axillares; flores puſilli; corollae calicem aequantes, amœne cœruleae: Odor plantae naſturcinus; ſapor foliorum, quae juniora oleris inſtar comedi poſſunt, &, exceptis equis, gratum omnibus pecoribus, quorum obſtructa etiam vaſcula referant, Erhart l. c. 2. B. p. 153. ſqq. & ſalubre pabulum praebent, amarus, hinc ſcopo ſanguinem depurandi, antiſcorbutico ſuccus herbae verno tempore hauriendus commendatus: In cancro laudata herba a Cl. Kannengieſſer; aliis virtutem vulnerariam ipſi tribuentibus; aliis uſu medico denegato, culinarem tantum concedentibus.

 Vero-

Veronica Anagallis aquatica Linn. *Veronica aquatica major folio oblongo*; Small-leaved Brooklime, Ehrenpreis, der dem Gauchheil gleicht, ſchmalblätterichte Bachbungen: Floret a Junio ad Septembrem in paludoſis & rivulis, præſertim pratorum Waldhuſanorum. Cum priori viribus convenit, in cibis tamen melior; ab ovibus non comeditur.

Veronica ſcutellata Linn. ſchildförmiger Ehrenpreis; floret Julio in paludibus vicinis Roſek.

Veronica Teucrium Linn. *Veronica ſupina facie Teucrii pratenſis*; Veronique des prés, Germandrée bâtarde, Wieſenehrenpreis, falſcher Gundermann, groſer Erdbathengel; floret Majo in ſepibus montis anatolici & pratis: Planta 2-3 uncias nonnunquam tantummodo alta: Caule tomentoſo, ſuberecto; foliis oppoſitis ſeſſilibus, lanceolato-cordatis, inferioribus latioribus, quam ſuperioribus, omnibus piloſis, obtuſe ſerratis, aut potius crenatis, ex quorum alis naſcuntur racemi gemini, oppoſiti, longi, piloſi; corollae glabrae, amœne caeruleae: Amara herba aperit & leniter adſtringit: Ex floribus aliquid cerae petunt apes. Gled. l. c. 2. p. 177.

Veronica montana Linn. Bergehrenpreis; floret Junio in ſilva Bebenhuſana kalten Büchlein. Planta hirſuta: Caulis ſubſimplex, teres; floribus pedunculatis, bractea inſtructis.

Vero-

Veronica proſtrata Linn. geſtrekter Ehrenpreis, kleiner falſcher Gamander, geſtrekter ſchmalblätterichter Bathengel, kleiner ſchmalblätterichter Bathengel; floret Majo in ſepibus & montibus: Differt a Teucrio, caule proſtrato, foliis magis oblongis.

Veronica Chamaedrys Linn. *Veronica minor foliis imis rotundioribus;* Ehrenpreis, der dem Gamander gleicht, blauer Wieſenehrenpreis, rundblätterichter Wieſenehrenpreis, kleiner Wieſenbathengel, Schafkraut; Veronique des bois, Veronique des Haies; floret Majo in pratis & ſepibus; ab ovibus non comeditur maxime adfinis Veronicae Teucrio planta, cum qua etiam ſapore & viribus convenit; amariuſcula, balſamica & leniter adſtringens; differt tamen caule proſtrato, racemis brevioribus ſolitariis, ex ala foliorum naſcentibus.

Veronica latifolia Linn. breitblätterichter Ehrenpreis; floret Majo in montoſis: Tota planta inodora: Radix lignoſa, herbacei ſaporis: Caulis erectiuſculus, piloſus, teres, craſſus: Folia oppoſita, ſemiamplexicaulia, hirſuta, inaequaliter ſerrata, ſub-lanceolata, obtuſiuſcula, herbacei ſaporis: Racemi longiſſimi nutantes; floſculis alternis, laete violaceis.

Veronica agreſtis Linn. *Veronica floſculis oblongis pediculis inſidentibus chamaedryfolia;* Akerehrenpreis, kleiner Ehrenpreis mit Gamanderleinblättern, blauer Meyer; floret a

 Junio

Junio ad Septembrem in arvis Waldhuſam inter & Bebenhuſam ſitis, & hortis.

Veronica arvenſis Linn. *Veronica floſculis cauliculis adhaerentibus*, Feldehrenpreis; floret Majo in agris praeſertim pone Schlößlein. Radix tenuis, inodora, inſipida, fibroſa, emittens caules plures, tenues, hirſutos, ſimplices; foliis hirtis, oppoſitis, ſeſſilibus, crenatis, quae tenera ſucculenta ſunt, & refrigerant Gled. l c. 1. p. 328. floralibus ſolitariis oblongis integerrimis; floribus ſubſeſſilibus alternis, calicibus & capſulis hirtis.

Veronica hederaefolia Linn Ehrenpreis mit Epheublättern, rother Meyer, kleiner Gundermann; floret Februario, Martio & Aprili ſponte in agris, hortis, ſepibus, montibus: Tota planta hirta: Radix tenuis: Caules plures, procumbentes, debiles: Folia aquoſa, refrigerantia, inodora, & inſipida Gled. l. c. 1. p 313. cum floribus alterna, pedunculata: Hanc jam ad veronicas relegavit Rud. Jac. Camerarius diſſertat. de plantis vernis. Tubing. 1688. p. 9.

Veronica cymbalarifolia Linn. *Verona cymbalariae folio verna*; Ehrenpreis mit Zymbelkrautblättern; floret Martio in hortis & agris ſponte: Radix tenuis, fibroſa: Truncus adſcendens ramoſiſſimus; ramis repentibus ſubramoſis, tenuibus, multa & folia & flores gignentibus: Folia ſubdecurrentia, alterna, pedunculo longiora, oblongo-ovata, ſerrata, a baſi ad apicem trunci & ramorum

rum decreſcentia, ſupra piloſa, ſubtus laevia, coſta eminente ramoſa; flores ſolitarii, pedunculis ſatis longis viridibus inſiſtentes, axillares; calix tetraphyllus, perſiſtens, foliolis concavis, reflexis, linea longitudinali elevata exaratis, ſublanceolatis, viridibus, flore marceſcente fere conniventibus; corolla rotata, ſegmentis quatuor inaequalibus, inconſtanter caeruleis, deciduis, annulo albo ſubviridi cinctis, unguibus ſemper & dorſo plerumque albis, venis caeruleis; altero ſegmento maximo ſubcordato; duobus oppoſitis ſubaequalibus & minimo, ſubovatis; filamenta duo in interſtitiis inter ſegmenta maximum & utrumque medium oriunda, alba, incurvata, in apice gerentia antheras bifidas, albidas, margine inferiore nigro; germen ex fundo calicis ortum nigrum, ſubcordatum, ſulco medio longitudinali, ex cujus medio ſurgit ſtilus albidus brevis terminatus ſtigmate ſenſim incraſſato, claviformi, albo: Pericarpium cordatum biloculare, albidum, ſemina multa continens, calice cinctum.

Veronica triphyllos Linn. *Veronica verna trifido folio;* dreyblätterichter Ehrenpreis, kleiner Feldehrenpreis mit blauen Blumen, Händleinkraut; floret Majo in arvis.

Vtricularia vulgaris Linn. gemeiner Waſſerſchlauch; floret Auguſto in ſtagnis ambulacri groſer Wörth.

Verbena officinalis Linn. *Verbena communis*

nis caeruleo flore, Verveine, Verbena, Ιεροβοτανη, Περιςερεωνα Διοσκοριδου, Common wild Vervain, Yzerkruyd, Yzerhard, gewöhnliches Eiſenkraut, Eiſerich, Eiſenhart, Stahlkraut; floret a Julio ad Auguſtum in ruderatis aſperis: Caulis ſolitarius, ſubtetragonus, viridis, rubro-ſtriatus, folioſus, ramoſus, hiſpidus: Folia amara, hiſpida, oppoſita, ſemiamplexicaulia: Rami & ſpicae axillares; floribus ſeſſilibus, cauli adpreſſis. Plantae inodorae & ſapore tantum herbaceo praeditae vulnerariae variaeque aliae tributae vires, & nuper demum extrinſecus applicatae herbae cum adſumta ſimul intus aqua diſtillata cephalicae recentioribus Illuſtr. Haenii rat. med. T. VI. videntur confirmatae: Radix adſtringens cucumeribus imbuta gratiore imbuitur ſapore.

Lycopus europaeus Linn. europäiſcher Wolfsfus, europäiſcher Sparrfaden, Sumpfandorn; floret Auguſto in plateis Luſtnaviae, & in paludoſis, viae Hechingenſi adjacentibus. Pecori nec ingrata nec noxia planta montanis herbis miſta praebenda Schrebers Sammlung verſchiedener Schriften, welche in die öconomiſchen, Policey- und Cameral- auch andere Wiſſenſchaften einſchlagen. 3 Th. p 54. ſiccata & cum vitriolo cocta nigrum idque conſtans pigmentum praebet. Linn. amœnit. acad. Vol. I. p. 511.

Salvia pratenſis & β Linn. Sclarée, Ormin, Orvale ſauvage, Toute bonne ſauvage,

ge, *Ορμινον αγριον*, wild Clary, Wieſen-ſalbey, wilde Salbey, Scharlachkraut, wilder Scharlach, wilde Scharley, Muſcateller-kraut; *Sclarea flore albo & caeruleo foliis ſerratis*; floret a Majo in Auguſtum ad muros & in pratis. Variat colore corollarum caeruleo, albo, & rarius rubro; poſtremam varietatem in pratis proximis praefecturae Luſtnavienſi florentem inveni. Viſcoſam, odoratam, pecoribus inviſam fœnoque inutilem plantam, Salviae Homino ſubſtituendam, in crurum ulceribus & vulneribus recentibus utilem, ſomnum inducere tradit Formey melanges philoſophiques T. I. potibus ſaporem moſchatellinum conciliare Erhart l. c. 6. B. p. 126. & vim temulentam, præſertim cereviſiae, cui humuli loco miſcetur. Gled. l. c. 2. p. 375. Spiritum inde abſtractum ad aliquot guttas cum menſura vini miſtum inebriare Erhart ibidem. folia coriis parandis apta Gled. l. c. 1. p. 21. neque ab ovibus comeſta, niſi juniora; flores diu vigentes apium culturae favere Gled. l. c. 2. p. 160.

Anthoxanthum odoratum Linn. *Gramen anthoxanthon ſpicatum J. B.* Vernalgraſs, Springgraſs, wahres Ruchgras, gelbes Ruchgras; floret Majo & Junio in pratis praeſertim montanis, & ad agros. Pecoribus gratiſſimum & aromaticum & nutriens gramen altum denſumque creſcit, atque impedit, quo minus muſci in pratis naſcantur; folia

pulveri tabaci miſta naribus magis gratum illum reddunt. De hoc gramine v. Schrebers Beſchreibung der Gräſer. Leipzig 1769. 1. Th. 5. Pl. p. 49. ſqq.

Anthoxonthum paniculatum Linn. riſpenförmiges Ruchgras; floret Majo in montoſis & ſilvis: Culmus glaber, vix ſemipedalis: Spica terminalis coarctata; glumarum valvae inaequales, altera altera & corollis duplo majore; corollae piloſae, dorſo ariſtatae, ariſtis glumarum longiore valvula minoribus; glumis unifloris; ſpiculis pedunculatis.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

Valeriana dioica Linn. petite Valeriane aquatique, Valeriana piccola, kleyne wilde Water-valeriaan, kleiner Baldrian, Sumpfbaldrian; floret Majo in aquis. Radix viribus radici ſequentis ſimilis, ſed debilior; herba aliis miſta a pecoribus amatur.

Valeriana officinalis Linn. *Valeriana ſylveſtris major*; Valeriane ſauvage, Valeriane des bois, Valeriane commune, Valeriana volgare, *φου ομοιον ελαφοβοσκου*, wild Valerian, grote wilde Valeriaan, gewöhnlicher Baldrian, groſer Baldrian, Kazenbaldrian, Kazenwurzel, Augenwurzel, Theriakskraut; floret Majo & Junio in ſilvis & montibus.

tibus. Radix fibroſa, ſubfuſca, fœtida, addito macere corrigenda, ſi quidem vere effodiatur, quotannis renovetur, & integra aſſervetur, calida, amara, ſubaromatica, & ſubacris, nervina, diuretica, diaphoretica, hyſterica, aperiens, antaſthmatica, cum ſerpentaria Virginiana virtutibus medicatis conveniens, felibus quaeſita; nuperioribus experimentis praeſertim Ill. Haenii viribus vermifugis & antepilepticis inclaruit, celebrata etiam eo nomine a Cl. Lawrence in praeleƈt. med. quae Londini 1767. prodierunt p. 224. ſqq. cujus loco oleum ejus deſtillatum ſubſtituit Sagar, ſyſtema morborum ſymptomaticorum ſecundum claſſes, ordines & genera cum charaƈteribus. Vienn. 1771. junioribus foliis paſcuntur oves. Gled. l. c. 3. p. 343.

Valeriana Phu Linn. Valeriane des jardins, Valeriane grande, Valeriana grande, *Φου σμυρνιοφυλλον Διοσκοριδου*, Garden-valerian, Hof-valeriaen, groſer Baldrian, Gartenbaldrian; floret Majo in rivulis pratorum Waldhuſanorum; radix prioribus odore, ſapore, viribus ſimilis, ſed debilior.

Valeriana Locuſta olitoria Linn. Mache, Blanchette, Poule graſſe, Salade de Chanoine, Lamb-lettice, Vet, Witmoes, Koornſalade, Akerſalat, Lämmerſalat, Lämmerlattich, Nüßleinſalat, Rapünzchen, Feldrapünzchen, Feldkropp, Sonnenwürbel; floret a Martio ad Majum in agris: Refrigerans, invol-

volvens, nephriticis, rheumaticis, arthriticis, podagricis, ſcorbuticis, & hypochondriacis commendata planta in acetariis praeſertim nota eſt; ovibus & fringillis canariis etiam grata.

Valeriana Locuſta dentata Linn. floret Junio ad agros & in ſepibus.

Iris ſqualens Linn. Iris ſauvage, wild Orris, wilde Schwerdlilien, wilde Schwertel; floret Majo & Junio in collibus, juxta viam, quae ducit trans montem Schloßberg in montem Spitzberg poſitis. Radix horizontalis, extus fuſca: Caulis ſolitarius, teres, glaber, foliis incurvis, glabris, latis, vaginantibus, altior, multiflorus: Corollae mediae magnitudinis ſeſſiles; petala barbata ſubtus lutea, leviſſime emarginata, erecta; germen teretiuſculum; ſtilus longus; ſtigmata tria bifida, lutea, condentia ſingula ſtamen dimidio brevius.

Iris Pſeudacorus Linn. Iris jaune des prés, Glajeul des marais, Flambe bâtard, Acoro falſo, ψευδακορος, falſe Flag, geel Liſch, Waſſerſchwerdlilie, Waſſerſchwertel, gelbe Waſſerilgen, gelbe Teichlilie, rother Calmus; floret Majo & Junio in paludibus praeſertim ambulacri Studentenwäldlein; Plantae in radice praeſertim ſucco draſtice purgante, colorato, qualis betae rubrae, plenae, coriis parandis aptae Gled. l. c. 1. p. 23. a ſolis capris comeſtae, ovibus deteſtatae, reliquis animalibus vene-

nenoſae, radices acres, adſtringentes, acoro aliquando ſubſtitutae ad ſiſtendos fluxus quoscunque, nec non ad tuſſim violentam commendantur; folia adſtringentia Gled. l. c. 3. p. 376. ſtraminis loco inſerviunt; flores acres ſunt; ſub initium Julii eradicandam ſuadet Schreb. Samml. verm. Schrift. 3. Th. p. 42.

Schœnus albus Linn. weiſſes Strikgras; floret Majo & Junio in paludoſis.

Scirpus paluſtris Linn. Sumpfſemſen, Sumpfbinſengras; floret Julio in paludibus propinquis monti Spizberg in via trans montem Schloßberg eo ducente, & pone Luſtnaviam verſus Kirchhemium: Plantae, quae ab ovibus non comeditur, plantationem facilem ſuadet Hœgſtrœm act. acad. reg. Scient. Suec. Vol. XIII. 1752. trim. 3. art. 5.

Scirpus lacuſtris Linn. Seeſemſen, Seebinſengras; floret Julio in paludibus ex adverſo ambulacri, der kleine Wörth poſitis. Carnioliae incolae ad lacum Zircnizenſem recentem dant equis loco trifolii, Scopoli ann. 4. hiſtor. natur. p. 134. eo etiam in Suecia teguntur tuguria, infarciuntur clitellae, & Auguſto menſe collecto & ſiccato, deficiente praeſtantiore pabulo, ſuſtentantur boves. Schrebers Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 77.

Scirpus ſylvaticus Linn. *Cyperus gramineus J. B.* Waldſemſen, Waldbinſengras, Cyperngras, Hirſegras, hirſeachtiger Galgand, Löchel,

Löchel, falſcher Miliz; floret Junio, Julio & Auguſto in paludoſis, praeſertim montis Spizberg, & inter viam Kilchbergenſem & ambulacrum Wörth. Ineptum pabulo gramen ſoli ſtramini inſervit.

Scirpus culmo triquetro polyſtachyo, panicula foliacea diffuſa, foliis alternis; floret Julio in paludoſis, praeſertim in pratis Luſtnavienſibus, verſus Kirchhemium.

Eriophorum polyſtachyon Linn. *Gramen pratenſe tomentoſum panicula ſparſa*; Herbe de cotton, Grame di lana, Εριοφορον πολυςαχυον, Cottongraſs, vielähriges Wollgras, Flachsgras, Quiſpelbinſe, Federbinſe, Seidenbinſe, Flokenbinſe, Binſenwatte, Wieſenwatte, Wieſenflachs, Wieſenwolle, wilde Baumwolle, Morſeide, Judenfeder; floret Majo, Junio & Julio in uliginoſis montis Spizberg & ſilvae prope Roſek. Spica media ſeſſilis, lana aliquando ultra $\frac{1}{10}$ pedis longa tenera, nivea; flores fere umbellati, foliis rubellis cincti; pecoribus, praeſertim ovibus intactum relinquitur, primo tamen vere appeti refert Gunner flor. norwegic. T. I. nr. 184. leve ſubjectae turfae indicium praebere Heidegger. Abhandlungen der naturforſchenden Geſellſchaft in Zürich. 1. B. Zürich 1767. 6. St. caules ſubdulces, ſed tenaces; lanugo, ſemina involvens, quae ſi pabulo aut fœno miſceatur, noxia, Gled. l c. 3. p. 378. & quae ſi forcipe abſcindatur, adhucdum ſeſſilis, tingi poteſt, optime inſer-

vit

vit chirothecis, pulvinaribus Gunner l. m. c. culcitris implendis Erhart l. c. 3. B. p. 185. ellychniis, cui uſui Hibernos eam deſtinare id. 9. B. p. 5. chartis, pileis Gled. l. c. 3. p. 378. telis, teſte plur. Reverendo Schaeffer in den Abhandl. der churfürſtl. Academ. der Wiſſenſch. 2. B. München 1763. n. 8. p. 261. ſqq. pannis, ſi lanae animali, aut ſerico miſta in fila ducatur, inde conficiundis Gled. l. c. 1. p. 246. ſqq.; quomodo in fila duci & fullonum arte praeparari poſſit, cum fabrica huic fini adaptata traditur in den Abhandl. der kön. ſchwed. Acad. d. Wiſſenſch. 1745. 1. Viertelj. 7. St.

DIGYNIA.

Phalaris arundinacea Linn. *Gramen arundinaceum ſpicatum*; ſchilfiges Glanzgras, Rohrſtrausgras: In pratis anterioribus montis Spizberg obſervavit Duvernoy.

Panicum Crus galli Linn. *Gramen paniceum ſpica multiplici aſperiuſcula*; Hanenfus; floret Julio in foſſis pratorum a porta Hakthor ad viam Jeſingenſem ſitis, & ad viam, quae ducit juxta Nicarum Tubinga Luſtnaviam.

Panicum verticillatum Linn. quirlförmiger Schwaden; floret Julio in via Hirſavienſi.

Panicum ſpicis ſubdigitatis erectis villoſis pedunculatis; floſculis geminis, altero pedunculato mutico, altero ſeſſili ariſtato, vaginis

ginis foliorum unicoloribus; circa Brakenhemium Septembri invenit floridum Cl. Hiller, ad viam, quae ducit Vaihinga Illingam, ego.

Phleum pratenſe Linn. *Gramen ſpicatum ſpica cylindracea maxima*, Timothygraſs, Catstailgraſs, Meadowcatstailgraſs, Wieſenlieſchgras, Lieſchgras, langſchwänzig Lieſchgras, gros Lieſchgras, Kölbleingras, gros Kolbengras, langer Fuchsſchwanz, weiſſer Fönch, Wieſenfönnich mit ſehr langen Kolben; floret Julio in ſilva proxima Roſek. Bobus & agris faſtiditum, neque plane innoxium gramen, quod altum denſumque creſcit, muſcorumque in pratis proventum impedit, ab equis & porcis & recens & ſiccatum omnibus aliis praefertur. Abh. der kön. ſchwed. Acad. d. Wiſſ. 1745. 3. Viertelj. und Schreb. Beſchr. der Gräſ. 1. Th. 14. Pl. p. 102. ſqq.

Phleum alpinum Linn. Alpenlieſchgras; inveni menſe Julio in monte Rosberg floridum.

Alopecurus pratenſis Linn. *Gramen ſpicatum, ſpica cylindracea molli & denſa*; Meadow Foxtailgraſs, Wieſenfuchsſchwanz; floret Majo & Junio in pratis, praeſertim accumbentibus ſilvae Luſtnavienſi. Culmus ſaepe tripedalis, glaber, teres, vaginatus; vaginis glabris ſtriatis: Folia baſi latiora: Spica imbricata, ſubcylindrica, ſequente & brevior & craſſior; glumis ſeſſilibus, hirſutis

tis albidis viridi ſtriatis; corolla univalvi calice minori: Pecoribus gratum, vernum, erucis faſtiditum, ovium tamen lanam non teneram reddens gramen quomodo plantetur v. Schrebers Beſchr. der Gräſ. 1. Th. p. 135. ſqq.

Alopecurus agreſtis Linn. *Gramen ſpicatum ſpica cylindracea tenuiſſima longiore*; Field-Foxtailgraſs, Mouſetail-graſs, Akerfuchsſchwanz; floret Majo in agris, praeſertim proximis patibulo Tubingenſi, & viae Reutlingenſi adjacentibus: Radix ſtolonifera; Culmus ad pedem longus, glaber; folia glabra; ſpica longa ſubconica imbricata; glumis laaevibus ſtriatis unifloris aut biflo-ris. De hoc v. Schreb. Beſchr. d. Gr. 1. Th. p. 140. 19. Pl. 2 F.

Alopecurus geniculatus Linn. Waſſerfuchsſchwanz, kriechender Waſſerfuchsſchwanz mit liegenden knotigen Hälmen, kriechend Spiesgras, Flutgras, klein Flottgras, weiſſes Flottgras. Floret Majo in paludibus, praeſertim ſilvae Bebenhuſanae, & in rivulo adjacenti viae, quae ducit in villam Schwärzloch: Antherae longis filamentis inſidentes mox caeruleae, mox flavae: Spica ſubconica; ariſta corollae unica tenuis, gluma duplo longior: Ovibus ob locum natalem noxium proclamat Gled. l.c. 3 p. 341.

Milium effuſum Linn. *Gramen ſylvaticum panicula miliacea ſparſa*; zerſtreutes Hirſengras, Hirſengras, Waldhirſengras, Waldhirſe,

hirſe, Fladergras; floret Majo & Junio in ſilva Luſtnavienſi: Culmus glaber, ſtriatus, craſſus, cavus, quadrupedalis, geniculis tumidis, fuſcis, intortis: flores pedunculati, virides, glaberrimi, ſubrotundi: Cerealibus accenſitum a Cl. Scheuchzero l. c. p. 3. grate odoratum gramen paulo adultius nimis durum ſiccumque fit ovibus. Gled. l. c. 3. p. 342. culmos loco ſtraminis ad varia opera commendat Gled. l. c. 3. p. 388.

Agroſtis Spica venti Linn *Gramen capillatum paniculis rubentibus;* Akerſtrausgras, Akerriedgras, groſe Akerſchmielen, Windhalm; floret Junio ad agros. Variat paniculis rubentibus & viridibus. Hujus graminis ab ovibus contemti extremae ſpiculae viridi colore tingunt ſ. Abh. der kön. ſchwed. Akad. d. Wiſſ. 1745. 4. Viertelj. Culmos ſiccos ſtraminis loco ad varia opera ſubſtitui poſſe Gled. l. c. 3. p. 388.

Agroſtis ſtolonifera Linn. auslaufendes Strausgras, kleines braunes kriechendes Hundsgras; floret Julio in paludibus: Culmus glaber, ſtolonifer, erectiuſculus, quadrantem pedis circiter altus. Folia glabra, latiuſcula, vaginata; vaginis omnibus aequalibus.

Agroſtis capillaris Linn. *Gramen montanum panicula miliacea ſparſa;* harförmiges Strausgras; floret Majo in pratis. Variat ſpicis viridibus & rubris, & in his valvae calicis rubore nunc ſaturatiore, nunc dilutiore

tiore tinctae, in quibus ceterum ne armato quidem oculo hiſpidi aliquid detegere licuit: Corollarum etiam ſuperior pars extrinſecus rubra: Graminis culmus ad minimum $\frac{2}{3}$ pedis altus: Folia ſatis lata, tota glabra, genicula inflexa rubra; panicula terminalis: Hoc gramen, quod vaccae omnibus aliis praeferunt, altum denſumque creſcit, etiam in aridis ſuccedit, omnibus pecoribus conveniens, impeditque, quo minus muſci naſcantur. Abh. der kön. ſchwed. Akad. d. Wiſſ. 1745. 3. Vrtlj.

Agroſtis alba Linn. weiſſes Strausgras; floret Majo in pratis. Baſis ſpicularum viridis, medium rubrum, apex argenteus.

Aira caerulea Linn. *Gramen paniculatum auctumnale panicula anguſtiore ex viridi nigricante*; blaue Schmielen, Schmellen, Blandſchmielen; floret Junio & Julio in ſummo monte anatolico, in arvis propinquis Gœnningae & patibulo Tubingenſi: Culmus ultra pedem altus, apicem verſus nonnunquam purpureus, hirſutulus, teres, ſtriatus, geniculis tumidis: Folia glabra, margine ciliata: Spica circiter tres uncias longa, ſpiculis, antequam floreant, inferius viridibus, ſuperioribus argenteis. Culmos loco ſtraminis ad varia opera commendat Gleditſch. l. c. 3. p. 388.

Aira aquatica Linn. Waſſerſchmielen, Milenks, Milenz, ſuſer Miliz, Quellgras, Quellergras, ſus Waſſergras, Waſſerhirſe;

 flo-

floret Majo in aquoſis, praeſertim montis anatolici. Dulce, nutriens, folioſum, & ſucculentum gramen & ſiccum & recens omni pecorum generi & gratum & ſalubre prædicat. Gled. l. c. 3. p. 338.

Aira ceſpitoſa Linn. Raſenſchmielen; floret Junio in pratis: Culmus altus cum foliis eorumque vaginis glaber, teres: Panicula longa diffuſa, ramoſa, nutans, ex purpureo argentea; floſculis minimis inaequalibus; ariſta ad baſin dorſalem corollae orta, calice brevior: Genicula tumidiuſcula ſubfuſca: Gratum pecoribus pabulum denſe creſcit muſcorumque proventum impedit. Abhandl. der kön. ſchwed. Akad. d. Wiſſ. 1745. 3. Viertelj.

Aira flexuoſa Linn. gebogene Schmielen, Dratſchmielen; floret Junio in ſilva, quam peragrant pede Tubinga Entringam profecturi.

Aira praecox Linn. frühe Schmielen; floret Junio prope Roſek.

Aira caryophyllea Linn. *Gramen paniculatum minimum molle*; Nägeleinsſchmielen, Nägeleinsgras; Ad ceſpites arborum invenit Duvernoy.

Aira panicula coarctata, foliis ſetaceis aut linearibus hirſutis ciliatis, calicibus ſeſſilibus ſubtrifloris, floribus muticis; floret Junio in monte anatolico: Culmus gracillimus, glaber, ſemipedalis: Folia anguſtiſſima, interdum longa, hirſutiſſima, vaginis

nis etiam hirſutis: Spica brevis, ex flavo & argenteo viridis.

Melica ciliata Linn. mit Haren eingefaßtes Perlgras, hariges Perlgras; floret Junio ad vias, praeſertim Hirſavienſem.

Melica nutans Linn. *Gramen avenaceum montanum ſpicatum;* überhängendes Perlgras, glattes Perlgras; floret Majo & Junio in pratis, ſepibus & ſilvis. Culmus ſeſquipedalis, glaber; folia glabra, vaginis hirſutis: Panicula ſubſecunda, ſpiculis pedunculatis, pedunculis cum culmo rubris; rudimento albo pedunculato: Pecoribus & feris amatur v. Schreb. Beſchr. d. Gräſ. 1. Th. 6. Pl. 1. 2. fig.

Poa aquatica Linn. *Gramen paniculatum arundinaceum ſ. paluſtre, panicula denſa ſpadicea;* Waſſerriſpengras, Waſſerviehgras, hohes Waſſerviehgras, Mieliz, Miliz, groſſer Miliz; floret Junio ad foſſas aquoſas. Culmus teres, altus, glaber, craſſus: Folia glabra, glauca, lata, longa: Genicula tumida, rubella: Panicula terminalis, ramoſa; ſpiculis pedunculatis 5—10 floris, nunc viridibus, nunc rubris; valvis corollarum nunc viridibus, nunc rubris, margine argenteo; dorſo ſpicularum nonnunquam rubello: Si junior reſecetur, & recens & & ſiccata bonum pecoribus, inprimis ovibus pabulum praebet. Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 35. Gled. l. c. 3. p. 340.

Poa paluſtris Linn. Sumpfriſpengras; floret Majo in humidis: Culmus quatuor pedum ſcaber, compreſſus; folia glabra; vaginae ſcabrae: Panicula longa ramoſa viridis, aut ex viri i purpurea.

Poa trivialis Linn. gemeines Riſpengras, mittleres Viehgras, klein gemein Gras; floret Majo ad vias & in aridis. Calix nonnunquam biflorus

Poa anguſtifolia Linn. Birdgraſs, ſchmalblätterichtes Riſpengras, ſchmalblätterichtes mittleres Viehgras; floret Majo ad vias; ſpiculae tri-aut quadriflorae; glumis minimis, valvis corollarum margine argenteo & purpureo, aut ex fuſco rubro notatis: Et recens & ſiccata gratum pecoribus pabulum praebet. Gled. l. c. 3. p. 340.

Poa pratenſis Linn. Wieſenriſpengras, gemein Gras, gemein Viehgras, gemeines groſes Viehgras; floret Majo & Junio in ſterilibus montoſis & pratis. Culmus vix pedalis, glaber; folia glabra latiora; ſpiculae pedunculatae 3 vel 4 florae: Et recentem & ſiccatam amant pecora Gled. l. c. 3. p. 340.

Poa annua Linn. jähriges Riſpengras, Sommerviehgras, klein weiß Strausgras; floret Majo ad vias: Minuta plantula, ramulis inferioribus ad angulos rectos oriundis; numerus floſculorum ſpicula contentorum quaternarium vix ſuperat; apex valvularum corollae purpuraſcens, margo argenteus.

Poa

Poa rigida Linn. ſteifes Riſpengras; floret Majo in aridis: Culmus circiter 5 uncias longus, glaber, ſubnudus, foliis radicalibus ſetaceis: Panicula baſi & apice anguſta, medio latior.

Poa compreſſa Linn. zuſamengedrükte s Riſpengras, Bergviehgras; floret a Majo ad Auguſtum uſque ad vias, in ſterilibus montoſis, & pratis montanis: Juniora folia mollia & ſucculenta oves nutriunt. Gled. l. c. 1. p. 302.

Poa nemoralis Linn. Waldriſpengras; floret Junio in ſilvis Burgholz, Luſtnavienſi, & ea, quam peragrant pede Tubinga Entringam profecturi: Petala ſubariſtata.

Poa criſtata Linn. hanenkammartiges Riſpengras; floret Junio & Julio in montibus, anatolico & Rosberg: Culmus ſaepe bipedalis, glaber, gracilis: Panicula terminalis, magis patens, longior laxiorque, quam airae caeruleae, quacum ceteroquin multum convenit, ex antheris caerulea; folia convoluta; flores longius pedunculati, glumis & corollis inaequalibus glabris.

Poa panicula diffuſa, ſpiculis bifloris, totis glabris, culmo ſuberecto tereti; floret Majo ad vias.

Poa culmo recto, glumis ſubbifloris, panicula laxa, ſpiculis ſubalternis pedunculatis, foliis involutis pungentibus; inveni Julio in ſilva, pone patibulum Tubingenſe ſita, floridam: Culmus quadrupedalis ſimplex:

 Folia

Folia longa, vagina inſtructa, glabra, involuta, retrorſum ſcabra: Floſculi purpurei, biflori; valvulis inaequalibus auctiuſculis; glumis ſubulatis.

Briza minor Linn. *Gramen paniculatum minus, locuſtis parvis tremulis;* Herbe tremblante petite, Grame tremante piccolo, klein Zittergras; floret Junio in pratis.

Briza media Linn. Herbe tremblante, Grame tremante, Trembling-graſs, *Gramen paniculatum majus, locuſtis magnis candicantibus tremulis*, mittleres Zittergras, Flittergras, Haſenbrod; floret Aprili & Majo in pratis & ſilvis: Culmus quadrantem pedis vix ſuperans, teres, glaber; genicula cum pedunculis, glumis & margine corollarum rubella; folia glabra lanceolata; pedunculi tenues, intorti.

Dactylis glomerata Linn. Rough Graſs, Rough Cocksfoot, büſchelweiſe vertheiltes Hundsgras, raubes Hundsgras, Hundsgras, Knauelgras; floret Majo & Junio in pratis & paludoſis praeſertim ad paludem ambulacri dicti Studentenwäldlein: Variat ſpicis ſcabris & pubeſcentibus, rubris & viridibus, coarctatis & patentioribus, longioribus & brevioribus: Culmus in humidis longe altior, quadrupedalis; folia etiam latiora: Equis gratum, reliquis tamen pecoribus nimis durum gramen, a canibus quaeſitum, quibus vero deglutitum vomitum ciet: De quo v. Schreb. Beſchr. d. Gr. 1. Th. 8. Pl. 2. F. p. 72. ſqq. Cyno-

Cynoſurus criſtatus Linn. *Gramen ſpicatum glumis criſtatis*; Smooth creſted Graſs, Creſted Dogtailgraſs; floret Junio in pratis. Fœno ineptum gramen agros impinguat; de quo v. Schreb. Beſchr. d. Gr. 1. Th. 8. Pl. 1. 2. 3. F. p. 70. 71.

Feſtuca ovina Linn. Schafſchwingel, Schafgras, kleiner Bokſsbart; floret a Majo ad Septembrem in ſterilibus montoſis aridiſſimis, & pratis aridis: Culmus tenuis, interdum rubellus, geniculis intortis, rubris aut nigris: Folia rara: Spica parva; antheris purpureis; Planta tota glabra gratum ovibus pabulum praebet & proficuum Gled. l. c. 1. p. 303.

Feſtuca ovina vivipara Linn. *Gramen paniculatum proliferum*; ſproſſender Schafſchwingel; Junio in pratis floridam invenit Duvernoy.

Feſtuca duriuſcula Linn. härtlicher Schwingel, kleiner Hartſchwingel, langſtieliger Börſtſchwingel; *Gramen foliolis junceis brevibus minus;* floret Majo in aridis: Spica longiore praeſertim ab ovina differt.

Feſtuca rubra Linn. rother Schwingel, Hartſchwingel, rother Bokſsbart; floret Majo in ſterilibus montoſis: Colore ariſtarum rubro praecipue ab ovina & duriuſcula differt: Floſculum ultimum ſaepius ariſtatum vidi: Junior planta ovibus Gled. l. c. 1. p. 303. ſemina meleagridi Gallopavoni gratiſſima.

Feſtuca myuros Linn. mäuſeſchwanzartiger Schwingel; floret Majo ad prata: Culmus ultra dimidium pedem non longus, tenuis, glaber, teres; geniculis tumidis lucentibus, ex rubro fuſcis: Folia ſetacea glabra: Spica vix tres pollices longa, viridis, ſpiculis pedunculatis quadrifloris ariſtatis; ariſtis rubellis; glumis minimis inaequalibus. Dulce & nutriens una cum ſequente gramen. Gled. l. c. 1. p. 303.

Feſtuca decumbens Linn. niederliegender Schwingel, glatter Haferſchwingel, niedriger glatter Haferſchwingel; floret Junio in paſcuis & ruderatis.

Feſtuca elatior Linn. Tall Feſcuegraſs, Wieſenſchwingel; floret Junio in pratis: Culmus glaber, erectiuſculus, ſubnudus: Folia ſetacea: Panicula ſecunda, ex flavo viridis, patens, ſpiculis pedunculatis alternis 6-7 floris; floſculis ariſta brevi inſtructis.

Feſtuca fluitans Linn. *Gramen paniculatum aquaticum fluitans multiplici ſpica*; Floatgraſs, Mannaſchwingel, Brandenburgiſches Mannagras, Entengras, Schwadengras, wildes Schwadengras, gemeiner Schwaden, wilder Schwaden; floret Majo, Junio & Julio in rivulis & aquis. Planta tota glabra, dilute virens, recens & ſiccata pecoribus, praeſertim equis eximie conveniens, porcis etiam grata, Schreb. Beſchr. d. Gr. 1. Th. 3. Pl. p. 37. Culmus duos pedes altitudine nonnunquam ſuperans, cavus, nutriendo ineptus Gled.

Gled. l. c. 3. p. 377. Spicae longae valvularum marginibus pellucidis albis. Contuſa & a glumis ſeparata ſemina flava cum lacte cocta Sago ſubſtitui poſſunt, inter cerealia relata a Cl. Scheuchzer l. c. p. 3.

Feſtuca phœnicoides Linn. Inveni Auguſto in ſilva Bebenhuſana floridam.

Bromus ſecalinus Linn. Roggentreſp, gemeiner Roggentreſp, Treſp, Twalch; floret Junio in pratis humidis, praeſertim ad ameram ſitis: Junioribus foliis veſcuntur oves; inter cerealia refertur a Cl. Scheuchzer l. c. p. 3. huic fini aptus, neque adeo noxius, modo ſat magnae aliorum copiae miſceatur Manetti delle ſpecie diverſe di fromento e di pane. Firenze 1765. p. 187. aut antea torreatur Geſner phytogr. ſ. g. p. p. 1. p. 15. viridi colore tingere Schreb. Samml. verm. Schriften 16. Th. p. 303.

Bromus mollis Linn. *Gramen avenaceum locuſtis villoſis anguſtis candicantibus & ariſtatis;* weicher Treſp; weicher Roggentreſp; floret Majo, Junio & Julio ad vias, & in campis pratisque, praeſertim quae rivulo irrigantur, aut ad ameram ſita ſunt. Folia utrinque molli lanugine tecta: Culmus teres ad pedem fere longus; glumarum margines albi; pedunculi gemini, in ſtaminibus nihil irritabile videre licuit: A pecoribus amatur. Schreb. Beſchr. d. Gr. 1. Th. 6. Pl. 1. 2. F.

Bromus ſterilis Linn. *Gramen avenaceum, panicula ſparſa, locuſtis majoribus & ariſtatis;*

tauber

tauber Treſp, Gerſtenwalch, Gauchhafer, Taubhafer, Mäuſehafer; floret Majo & Junio in ſilvis. Vix differt ab arvenſi, niſi glumarum figura, panicula patente, foliis magis hirſutis, & culmi altitudine, raro pedali.

Bromus arvenſis Linn. Akertreſp; floret Majo ad vias & agros: Culmus fere ſeſquipedalis glaber; folia ſupra hirſuta, ſubtus laevia, vaginis ſuperioribus glabris, infimis hirſutis: Panicula terminalis, interdum ex fuſco purpurea, ſpiculis longe pedunculatis, ut plurimum quadrifloris, interdum ſexfloris; genicula tumida, circulo purpureo cincta.

Bromus tectorum Linn. Dachtreſp, Bergtreſp, Sandtreſp, taube Treſp; floret Majo & Junio in tectis & collibus ſiccis; culmus teres, ultra ſeſquipedem longus, glaber, geniculis ſubaequalibus circulo rubro cinctis; folia ciliata, longa: Spiculae pedunculatae rubellae, cum pedunculis hirtae: Ab ovibus quaeritur.

Bromus pinnatus Linn. gefiederter Treſp, Zittertreſp; *Gramen loliaceum corniculatum, ſpicis non villoſis*; floret Junio ad agros, & in ſilva Burgholz ad viam Reutlingenſem; culmus altus, gracilis, glaber, ſimplex, verſus genicula villoſus; folia longa, vaginantia, ciliata, ſubtus piloſa; ſpica terminalis, ſpiculis alternis ſeſſilibus villoſis; folia juniora bonum ovibus pabulum praebere teſtatur Gled. l. c. 1. p 301. Bro-

Bromus diſtachyos Linn. zweyähriger Treſp; inveni menſe Majo in monte anatolico florentem: Culmus gracilis, folia anguſta cum culmo & vaginis pubeſcentia: ſpica aliquando, ſed rariſſime ſolitaria.

Avena elatior Linn. Fromental, Tall Oatgraſs, Wieſenhafer, Raygras, franzöſiſches Raygras, Hafergras; floret Majo, Junio & Julio ad rivos, & in pratis, præcipue propinquis monti Spizberg. Culmus ad duos vel tres pedes altus, glaberrimus, vaginatus; Corolla hermaphroditica aut plane mutica, aut ariſta breviſſima donata; glumae nunc ex purpuraſcente, nunc ex viridiuſculo argenteae; varietatem ejus β, Knollhafer, Knollengras in pratis Majo florentem invenit Erhart. l. c. qui etiam uſtilagini eam valde obnoxiam eſſe, radicesque avide ab apris peti contendit. l. c. 4. B. p. 153 Gramen ubique facile ſuccedens, ſi uliginoſa excipias, pecoribus gratum, erucis faſtiditum, ovium tamen lanam teneram non reddens, quomodo plantetur, docet Schreber Beſchr. d. Gr. 1. Th. 1. Pl. p. 25. ſqq.

Avena fatua Linn. Avoine ſauvage, Haveron, Avron, Civade Couguoule, Bearded Oatgraſs, Bearded wild Oats, Windhafer, Wildhafer, Flughafer, Bruchhafer, Barthafer, Gauchhafer, Taubhafer, Mäuſehafer, ſchwarzer Hafer, rauher Hafer, Riſſen, Riſpen; floret Junio in agris; Agris infeſta planta, antequam tamen floreat, bonum

peco-

pecoribus pabulum praebens, quomodo ex-pelli ex agris poſſit, tradit Schreb. Beſchr. d. Gr. 1. Th. p. 109. ſqq.

Avena ſeſquitertia Linn. Silberhafer; Culmus glaber ad tres pedes altus; vaginae inferiores hirſutae; folia brevia glabra; paniculae ſplendentes, terminales; calix membranaceus pellucidus inaequalis, alterutra gluma corollam inferiorem ſuperante, baſi ſtriatus, muticus; flores binos aut tres includens, omnes ariſtatos; loco tertii perfecti nonnunquam ſubſtituitur rudimentum floris inane, quo ad melicae accedit genus, nunc muticum, nunc ariſtatum, pedunculatum, a baſi ad apicem usque piloſum; ariſtae ultra $\frac{3}{4}$ purpureae, apice ſaepe argenteae, intortae, floſculis duplo longiores, antherae purpureae ex altero latere, ex altero flavae; interdum tres flores perfecti praeter rudimentum quarti adſunt. Floret Majo in montoſis, praeſertim monte Spizberg, & patibuli Tubingenſis.

Arundo phragmites Linn. gemeines Rohr, Schilf, gemeiner Schilf; floret Auguſto in paludibus, inprimis appoſitis viae ad villam Schwärzloch ducenti: Plantae ovibus deteſtatae, pecoribus omnibus, praeſertim gravidis, ſive ſiccata ſit, ſive recens, noxiae, neque tamen bobus. Schreb. neue Cameralſchr. 6. Th. p. 679. radices dulces & nauſeoſae cum aqua decoctae, cum radice Chinae viribus convenire; ſuccus ſaponaceus alvum duce-

ducere; adultae caules igni foci conſtruendisque aedium tectis; Schrebers Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 13. panicula lanae viridi colore tingendae inſervire feruntur.

Arundo Calamagroſtis Linn. Rohrgras; floret Junio & Julio ad paludes: A pecoribus non comeditur, niſi coactis, queis tunc laxat alvum.

Lolium perenne Linn. *Gramen loliaceum anguſtiore folio & ſpica*, Winterlolch, Lulch, ſüſer Lulch, Dort, engliſches Raygras. Floret a Junio ad Septembrem ad vias & in pratis. Equis praeſertim gratiſſimum pabulum ubique proveniens, denſos ceſpites facit.

Lolium tenue, Linn. *Gramen loliaceum minus ſupinum*, dünner Lolch; floret Majo ad agros: Culmus ultra ſeſquipedem longus, glaber, ſtriatus; folia lineari-lanceolata, glabra; ſpiculae alternae ſeſſiles, culmo adpreſſae, calice monophyllo cinctae, triflorae, floribus omnibus muticis, medio pedunculato.

Lolium temulentum Linn. *Gramen loliaceum ſpica longiore*, Sommerlolch, Töberich, Tollkorn, Treſpe, Schwindelhaber, Darnel, Αιρα, Ζιζανιον, Zizanie, Loglio; Floret frequens menſe Auguſto ad agros; animalibus funeſtum, hominibus ſomnum, temulentiam, vertiginem variaque tetra ſymptomata, raro tamen mortem inducere, & Veteres obſervarunt, inter quos eminet Rud. Jac. Camerer in diſſert. de lolio temulento

lento Tubing. MDCCX. & recentiores, quos inter vid. Riviere in hiſtoir. de l'acad. royale des Scienc. a Montpell. Lyon 1766. T. I. p. 309. ſqq. cereviſiam temulentam reddere, cui Vandali miſcent Gled. l. c. 2. p. 375. panem innoxium ſuppeditare, & Ill. Linnæus, &, modo ſat magna aliorum copia addatur Manetti l. c. p. 187. ſqq. Infeſtiſſima agris, praecipue antegreſſis humidis & hieme & vere, neglectaque ſtercoratione & labore planta, humida, non tamen paludoſa amat: Semen per triennium in terra latens, adhuc progerminat; auctumno ſatum ſequenti vere prodit, omnibus animalibus exoſum, & deteſtatum; optime arcetur ab agris diligenti aratione, bona ſtercoratione, depurato ſemine, & matura ſatis medio Septembri incipiente cura; niſi a lolio purum ſtercus acquiri poſſit, proſunt cineres ſaponariorum, aut lignorum; foſſae etiam, ſi quae in agris adſunt, in quibus aqua ſtagnat, exaltandae. v. Schreb. Samml. verm. Schr. 2. Th. p. 341. ſqq.

Lolium ſpica lanceolata, ſpiculis alternis ſeſſilibus multifloris muticis ſubremotis: Culmus vix ſemipedalis, glaber, ſtriatus, vaginatus; ſpica terminalis, nunc nutans, nunc erecta, gluma univalvis aut nulla; ſpiculae ſex aut ſeptemflorae, culmi flexuoſo apici adpreſſae.

Lolium ſpica ariſtata: ſpiculis teretibus ariſtatis, ſexfloris; floret Julio in agris Wald-

Waldhuſanis: Culmus interdum bipedalis glaber: Folia ſatis lata, glabra.

Secale cereale Linn. Ségle; Segala, Rye, Rogge, Room, Roggen; inveni Junio florens in pratis montis anatolici; Culmi emolliti pabulum præbent bobus & vaccis, magis nutriens, quam avenæ aut hordei culmi, præſertim ſi cum decocto juniperi propinentur, aut aceto conſpergantur; ex floribus alii medicinam extrahunt. Semina, uſu œconomico noſtratibus celeberrima, toſta potum præbent decocto Coffeæ æmulum, & farinam exhibent externo uſu emollientem, putredini reſiſtentem, interno nutrientem, & magis adhuc abſtergentem, quam reliquorum cerealium.

Hordeum vulgare Linn. Orge commune, Orgio volgare, Κριθη, Common Barley, Gerſt, Gerſte; ſemen glutinoſum, emolliens, nutriens, farinoſum varia ſub forma, in vita communi, a Medicis & Oeconomis adhibetur: Conficiunt etiam inde pulverem, crinibus adſpergendum; ex ſeminibus toſtis potum coffeæ decocto æmulum, & ex iisdem cereviſiam, & in annonæ caritate panem: Tritico minus nutrit.

Hordeum hexaſtichon Linn. Κριθη ἑξαστιχος.

Hordeum diſtichon Linn. Κριθη διστιχος. Tres hæ florent Auguſto ſponte in pratis.

Hordeum murinum Linn. *Gramen ſpicatum vulgare ſecalinum*, Mäuſegerſte, taube Gerſte,

Kazenkorn, Löthe, Löthengras. Majo & Junio ad muros. Culmus ad dimidium pedem altus, folioſus; foliis hirſutis vaginantibus, ſupremo, ex quo ſpica naſcitur, ſpicam longe ſuperante; vaginæ glabræ; ariſtæ longæ; radix ſtolonifera.

Triticum repens Linn. Chiendent, Gramigna, Αγρωςις Διοσκοριδȣ, Quickgraſs, Houndsgraſs, Graswortel, Quecken, Queckweizen, Queckergras, Graswurzel, Hundsgras, Pädergras; Gramen officinarum; floret Junio in paſcuis. Culmus glaber, teres, ſimplex, pedalis; ſpica terminalis, calicibus ſeſſilibus alternis erectis a 7 — 16. bi aut trifloris; rudimento floſculi ſterili pedunculato intermedio: Plantæ agris infeſtæ, ligandæ arenæ inſervientis Gled. l. c. 3. p. 92. radix officinis nota, balſamica, ſaponacea, ſaporis ſtiptici aliquantum, ſubdulcis, inodora, ſuccum melleum præbens, mannæ ſubſtituendum, teſte Marcgrafio chymiſche Schrift. 2. Th. p. 85 in aſthmate pituitoſo egregium Gled. l. c. 3. p. 397. ſtraminis loco in ſtabulis commendata ab Erhart. l. c. 7. B. p. 269. aperit, refrigerat, blande adſtringit, & urinas movet, Viennenſibus Medicis multum uſitata, cujus tamen aqua deſtillata iners eſt, licet ad vermes necandos laudata: Herbæ pecoribus & gratæ Erhart. l. m. c. p. 267. & ſalubris Gled. l. c. 3. p. 306. dulcis, ſi junior ſit, etiam ovibus. ibid. 1. p. 307. ſuccum præbet, radices virtute æquantem;

ex

ex ſeminibus & farina & panis confici poteſt. Erhart. l. m c. p. 267.

TETRANDRIA.

Globularia vulgaris Linn. *Globularia anguſtif. hirſuta*, gemeine Kugelblume; Aug. in ſummis ſcrobibus & dumetis montis Spiz-berg dextrorſum prope planitiem invenit Duvernoy.

Dipſacus fullonum Linn. *Dipſacus ſylveſtris major*, Weberkarten, Walkerdiſtel, wilde Kartendiſtel, wilde Kaerden, Fuller's-thiſtle, Διψακος αγριος, Cardone da Fulloni, Chardon a Bonnetier, Chardon à foulon. Floret Julio ad vias. Decocta cum vino radix ad rhagades ani commendatur; tuſa & melle excepta phthiſicis deſperatis prodeſſe, Gaſſero teſte, creditur: capita plantæ præſertim ſativæ, echinata fullonibus inſerviunt, ad depectendos atque expoliendos pannos; Flores mellis materiam præbere apibus, teſtatur Gled. l. c. 2. p. 183. Plantationem ejus tradit Lidbeck in act. acad. Sc. Suec. Vol. XVII. 1756. trim. 2. n. 6.

Scabioſa ſucciſa Linn. *Scabioſa folio integro glabro, flore cæruleo*; Succiſe, Mors du Diable, Remors du Diable, Scabieuſe des bois, Morſo del Diabolo, Devilbit, Duyvels-beet, Teufels Abbis; floret Junio & Julio in montoſis: amaræ pecoribusque gratæ plantæ herba & radix leniter adſtringunt. Recentia folia, per ſtrata cum filis tamdiu co-

ſta, quamdiu coquuntur piſces, de nocte in quiete repoſita, ſequenti mane olla illa cum aqua continente calefacta, ita ut vapor inde exiens fila penetrare poſſit; tunc extracta ex aqua, & filis ſæpe in hanc aquam intinctis, ea viridi colore tingunt. Abhandl. d. kön. ſchwed. Akad. d. Wiſſ. 1742. 1. Vrtlj. 6. St. Ex floribus mella legunt apes. Gled. l. c. 2. p. 194.

Scabioſa-folio hirſuto; varietas prioris; Scabioſa integrifolia, Linn. *Scabioſa montana latifolia non laciniata*; Scabioſe mit unzertheilten Blättern; in locis variis montis Spizberg invenit Duvernoy.

Scabioſa arvenſis, Linn. Scabieuſe ordinaire des prés & de champs, Scabioſa volgare, Scabious, Scurfkruid, Scabieuſe, *Scabioſa pratenſis hirſuta*, Akerſcabioſe, gemeine Scabioſe, Scabioſe, Scabioſenkraut, Apoſtemkraut; floret a Majo ad Auguſtum in pratis. Variat foliis radicalibus nunc ovatis, nunc pinnatis. Plantæ pecoribus & gratæ & ſalubris, herba & flores, qui apibus & ceræ nonnihil & largam mellis copiam ſuppeditant, Gled. l. c. 2. p. 184. amariuſculi ſaporis, vix odorati, uſu externo & interno leniter adſtringunt.

Scabioſa ſylvatica Linn. Waldſcabioſe; floret Auguſto in ſilvis.

Scabioſa columbaria Linn. blaue Scabioſe, Bergſcabioſe, kleine Bergſcabioſe, klein Apoſtemkraut; floret Junio, Julio & Auguſto

ſto in ſilvis, pratis, montoſis, collibus. Caulis incanus ſubſimplex teres, tripedalis, ortus ex radice fuſca, fibroſa, foliis omnibus vaginantibus ſeſſilibus ſubglabris, oppoſitis, vaginæ margine piloſis, rubris: radicalibus & caulinis infimis pinnatifidis, radicalium lacinia extrema maxima ſubrotunda crenata, reliquis aut linearibus integerrimis, aut lineari-lanceolatis dentatis; foliis ſuperioribus pinnatis, pinnis linearibus; flores terminales terni, longis pediculis inſidentes. Amariuſcula, aperiens & attenuans herba nutriens ovibus pabulum præbet. Gled. l. c. 1. p. 293. Flores odorati ceræ melliſque gratia ab apibus inviſuntur. ibid. 2. p. 196.

Scabioſa corollulis quinquefidis radiantibus, caule ſubnudo perfoliato, foliis caulinis pinnatis, pinnis laciniatis linearibus; radicalibus pinnis pinnatifidis ſublanceolatis, extima maxima crenata. Floret Junio in ſepibus & collibus montis anatolici.

Scabioſa corollulis plerumque quinquefidis radiantibus, caule nudo, foliis radicalibus bipinnatifidis. Floret Julio in collibus pone Schlößlein, & monte Blabyrenſi, proximo Blauhäuslein. Corollulæ nunc quadrifidæ, nunc quinquefidæ; laciniæ foliorum lineares.

Sherardia arvenſis Linn. Sherardiſche Akerpflanze, kleines blaues Sternkraut; floret Julio & Auguſto in arvis, præſertim viæ

Hechingenſi adjacentibus: Ab ovibus non comeditur.

Aſperula odorata Linn. Hepatique étoilée, Muguet des bois, petit Muguet, Wallmeeſter, onſer Vrouwen Bedſtroo, wahrer Waldmeiſter, Sternleberkraut, Herzfreude; floret a Majo ad Julium in ſilvis præſertim montium Balingenſis Lochenſtein, & Tubingenſis Spizberg; Plantæ odoratæ, vaccarum ea paſtarum lac augentis & adſtringentis leniter herba ex recentiorum obſervationibus in ſymptomatis, morſum rabidi canis ſequentibus, plurimum valere; vino etiam gratum conciliare ſaporem perhibetur; ex floribus aliquid mellis legunt apes.

Aſperula arvenſis Linn. Akerwaldmeiſter, kleines blaues Sternkraut; floret Julio in agris, præſertim propinquis patibulo Tubingenſi & auf der Viehweyde. Caulis ſcaber, debilis, tetragonus; folia inferiora numero decreſcunt, quina aut quaterna. Paſſerculis ingeſta radix oſſa eorum rubro infecit colore, teſte Steinmeyer diſſertat. de rubia tinctorum. Argentor. 1762. p. 21.

Aſperula cynanchica Linn. Rubeole, Herbe a la Squinancie, petite Garance, Ἐρυθρόδανον κυναγχικόν, Bräunewurzel; floret Julio in montoſis, pratis ſiccis, in monte Blabyrenſi, proximo Blauhäuslein, in collibus montis anatolici, & pone Schlößlein. Celebris olim contra anginam planta nunc in medicina obſolevit; radix avibus propinata

nata oſſa earum rubris maculis infecit. v. Steinmeyer l. c. p. 22.

Galium paluſtre Linn. Sumpflabkraut; Floret Junio in pratis.

Galium uliginoſum Linn. moraſtiges Labkraut; inveni eodem menſe in humidis floridum.

Galium ſpurium Linn. unächtes Labkraut: Vidi Julio in area monaſterii Blabyrenſis florens.

Galium puſillum Linn. kleines Labkraut: floret Julio in ſilva, quam peragrant pede Tubinga Entringam profecturi.

Galium verum Linn. *Galium luteum*, Caille-lait jaune, petit Muguet jaune, Spergola odorata gialla, Γαλλιον, Lady's Bedſtraw, Cheeſe-rennet, Walſtroo, wahres Labkraut, Megerkraut, Waldſtroh, Bettſtroh; floret Junio & Julio in pratis, dumetis & ad muros, nec non ad montes Blabyrenſes Caulis teres, nunc ſimplex, nunc ramoſiſſimus; foliorum numerus incertus, figura certior. Radix ſubadſtringens, fuſca, vere aut auctumno collecta, bene depurata, ſiccata, in farinam redacta, tenui cereviſiæ mixta, per ſtrata cum filis laneis poſita, & cum aqua cocta, iis elotis & exſiccatis, rubro colore tingit, æque ac radix rubiæ tinctorum; præſertim ſi fila antea ſint flava. v. Abh. der kön. ſchwed. Akad. der Wiſſ. 1745. 4. Vrtlj. oſſa quoque animalium ea nutritorum colore rubro inficere, Steinmeyer l. c.

l. c. p. 20. Guettard. hiſtoir. de l'acad. royale des Scienc. a Paris. 1746. p. 99. 100. Bœhmer. radic. rub. tinctorum effectus in corpore animali. Lipſ. 1751. p. 42. Herba ſubacida caſeo parando inſervit, &, docente Borrichio, acetum præbet; flores odorati etiam diſſecti in aheno cum lana alumine imbuta in aqua aluminoſa eo usque cocti, donec hæc flaveſcat, hæc in aqua elota & exſiccata flavo colore tingunt. v. Abhandl. der ſchwed. Akad. der Wiſſ. 1745. 4. Viertelj.

Galium ſylvaticum Linn. *Galium montanum latifolium ramoſum*, Waldlabkraut; floret Junio & Julio in ſilvis.

Galium Mollugo Linn. *Rubia ſilveſtris lævis;* Caillelait blanc, petit Muguet blanc, Spergola bianca, white Cheeſe-rennet, wit Walſtroo; breitblätterichtes Labkraut, weiß Megerkraut, weiß Waldſtroh, Wellſtroh, Meyerkraut, Butterſtiel; floret Junio in pratis humidis, præſertim in ſepibus montis anatolici; Caulis angulatus glaber; folia floralia bina: Galio vero in officinis ſubſtituitur, & præſertim conſervæ aut infuſo ex floribus parato vis antepileptica, antipodagrica, tribuitur; radix hujus plantæ pullo frequenter ingeſta oſſa & roſtrum rubro colore infecit, teſtibus Guettard l. c. p. 99. 100. & Steinmeyer l. c. p. 20.

Galium glaucum Linn. *Rubia montana anguſtifolia;* eiſengraues Labkraut; floret Junio in

in ſepibus montis anatolici, & montis pone patibulum Tubingenſe. Caulis ultra quadrantem pedis non altus, compreſſus, ſtriatus, procumbens, foliis octonis aut novenis mucronatis: Sapor foliorum herbaceus.

Galium Aparine Linn. *Aparine vulgaris*, Grateron, Rieble, Speronella, Απαϱινη, Gooſegraſs, Clivers, Kleefkruyd, Klebkraut, Nabelſamen; floret Junio & Julio, in ſepibus, ſegetibus, hortis & ruderatis. Caules plures diffuſi procumbentes tetragoni, angulis ciliato hiſpidis: Folia verticillata, glabra, mucronata, margine coſtaque ſcabra, ſeſſilia, ovato-oblonga; infima terna aut quaterna, media ſena aut ſeptena, ſuperiora octona: Pedunculi axillares triflori, floribus pedicellatis parvis, albis, hiſpidis, nonnunquam bracteola florali inſtructis; ſemina gemina, hiſpida: Plantæ olim multum in morbis hominum deprædicatæ, humectantis, radices etiam tinctoria virtute gaudere videntur, certe oſſa pulli ea per aliquod tempus nutriti inde rubefacta ſunt, teſte Cl. Steinmeyer l. c. Herbam & pecora amant, & anſeres. v. Erhart. l. c. T. V. p. 12.

Galium foliis infimis octonis, mediis & ſuperioribus ſeptenis glabris linearibus, caule ramoſo procumbente: Floret Junio in ſepibus.

Galium foliis plerisque octonis ſcabris, integerrimis, obovatis, linea mediana depreſſa exaratis, caule ramoſiſſimo; & loco nata-

li & florendi tempore cum priore convenit.

Galium foliis verticillatis linearibus, caulibus dichotomis, in ſummo & in medio floriferis. Floret Junio in montoſis.

Plantago major Linn. *Plantago latifolia ſinuata*, grand Plantain, Αρνογλωσσον μειζον Διοσκοριδȣ, Common broad-leaved Plantane, Weegblad, Weegbreede, groſer Wegerich, breiter Wegerich, groſer Wegbreit; floret Majo & Junio ad vias. Folia amariuſcula leniter adſtringunt, hinc vulgo etiam recentia in vulneribus uſitata; phthiſicis, hæmoptoicis, commendata, in annonæ difficultate etiam inſtar oleris cocta, ſuccum præbent, ejusdem cum tota planta virtutis, & inertem inodora deſtiliatione aquam; ſemen gratum fringillæ canariæ pabulum, leniter adſtringit, in fluxibus ventris & ſanguinis adhibitum.

Plantago media Linn. *Plantago latifolia incana*, Plantain blanc, Plantain moyen, Piantaggine mezza, Επταπλευρον, Αρνογλωσσον μικρον Διοσκοριδȣ, Weegblad met ruyge Blade, mittlerer Wegerich, Wegerich, weiſſer Wegbreit; floret Majo in paſcuis. Plantæ, quæ plantaginis majoris loco ſubſtitui poteſt, folia contuſa, cum aqua infuſa, & aliquot guttis ſpiritus ſulphuris miſta, laxante prægreſſo ante frigus ſumta in febribus intermittentibus commendantur; ex floribus mel petunt apes. Hagſtroem pan apum. p. 4.

Plan-

Plantago lanceolata Linn. *Plantago trinervia anguſtiſſimo folio*; Plantain long, Plantain étroit, petit Plantain, Lanceole, Lanceolée, Piantaggine piccola, Πεντανευρον, Small-leaved Plantane, Hondsribbe, Weegbreede met ſmale bladen, ſpiziger Wegerich, kleiner Wegerich, ſchmaler Wegerich, langblätterichter Wegerich, Hunderibbe; floret Majo ad vias & in ſaxoſis. Radix inſipida, inodora, fibroſa, emittens folia multa anguſta piloſa quinquenervia, ſcapos ultra quadrantem pedis longos, piloſos, nudos; ſpica terminalis ſubovata, ſquamis pellucidis medio fuſcis: Virtutibus medicatis convenit cum priori, &, æque ac illa, & innoxium pecoribus, & gratum, & ſalubre pabulum præbet, Schrebers Samml. verm. Schrift 3. Th. p. 68. exſiccat, adſtringit, pinguedinem lactis auget, & putredini reſiſtit Gled. l. c. 3. p. 349.

Sanguiſorba officinalis Linn. *Pimpinella ſanguiſorba major*; grande Pimprènelle, Pimpenelle, gran Pimpinella, Burnet, gewöhnlicher Wieſenknopf, Bübernelle, Bibernell, falſche Bibernell, groſe Bibernell, welſche Bibernell, groſe Wieſenpimpinelle, Blutkraut, Kölbleinskraut, Sperberkraut: floret Majo & Junio in pratis montoſis, præſertim proximis ſilvæ Luſtnavienſi: Radix, quæ cum herba additis vel rejectis floribus, coriis parandis idonea eſt, Gled. l. c. 1. p. 20. in pulverem contuſa cum vino rubro data efficax prædicatur in dyſenteria a Cl. Scopoli flor. carniol.

carniol. Vienn. 1760. p. 279. herba auſtera, viſcidula, refrigerans, adſtringens, obſtruens, ab ovibus amatur Gled. l. c. 3. p. 349. pecoribus omnibus & gratum & ſalubre idque perenne pabulum præbet, cum in aridiſſimis etiam ſuccedat, in pratis commendanda. Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 74.

Cornus ſanguinea Linn. Sanguin, Cornouillier ſauvage, Bois punais, Corniola ſalvaggia, bloody Twig, wild Cornel-Tree, Hartreder, Hartriegel, Härter, Hundsbeerſtrauch, Schiesbeerholz, Teufelsmatten, wilde Dürlizen; floret Majo & Junio in ſepibus. Plantæ aggeribus paludum in ſilvis exſtruendis, Gled. l. c. 3. p. 395. non æque tamen, ob nimis luxuriantes radices, nimisque largam baccarum meſſem, niſi ex ſeminibus educetur, ſepibus idoneæ, ibid. 2. p. 412. lignum exhibet durum, tenaciſſimum, ſcapis ſclopetorum aptum du Roi l. c. p. 163. 164. corticem, qui ab Americanis nicotianæ fumo deſtinatæ miſcetur Kalm Reſa til Norra America. T. III. Stockh. 1767. p. 466. & baccas, ex quibus Tridentini oleum coctione & expreſſione parant, lampadibus adaptandum. Erhart. l. c. 6. B. p. 53.

Trapa natans Linn. ſchwimmende Waſſernuß, Dardaë Ebræorum; Habitat haud procul a pago Nabern præfecturæ Kirchheimenſis. Nucleus fructus ex farinaceo oleoſus nutriens, & ſatians, flatus tamen etiam

&

& obſtipationes creans, adhibitis certis encheireſibus & optimam eamque albiſſimam farinam & panem exhibet.

Alchemilla vulgaris Linn. Sinnaw, pié de Lion, Erba ſtella, piede di lione, Λεοντοποδιον, Ladys mantle, Sinouw, onſer Vrouwen mantel, Leeuwen-voet, Sinau, gemeiner Sinau, unſerer lieben Frauen Mantel, Löwenfus, in ſilvis & montanis Majo floret; amariuſculam & leniter adſtringentem herbam, inter optima vulneraria referendam, coriis parandis aptam commendavit Cl. Gleditſch l. c. 1. p. 19. lac pecorum augere contendit Erhart. ökonom. Pflanzenh. 2. B. p. 191.

Cuſcuta europæa Linn. *Cuſcuta major*, Goute de lin, Cuſcute, Caſcuta, Κασσυθα, Dodder, europäiſche Flachsſeide, Seidenkraut, Flachsſeiden, Seide, Filzkraut, Range; floret Auguſto circa urticas Ameræ, & in ſepibus & agris Luſtnavienſibus ad Ameram ſitis. Leniter purgans planta, frequens agrorum pernicies intricando lini caules aut ſegetum culmos, quomodo aut arceri aut evelli debeat, docet Erhart. l. c. T VIII. p. 126. ſqq. Duplex ejus datur varietas, altera minor, epithymum vulgo dicta, altera major, magis adhuc noxia, antequam ſemina matureſcant, evellenda, & ſicca, pabulo pro pecoribus, a quibus omnibus amatur, exceptis equis, miſcenda: Si leguminoſis internaſcatur, hæc, antequam ſemina,

mina ejus matureſcant, reſecanda, & pecoribus propinanda. v. Schrebers Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 37. Caules filiformes purpureos tinctoribus utiles ſuſpicatur Ill. Linnæus.

Potamogeton natans Linn. ſchwimmendes Samkraut, Seeſalden, Flußkraut; floret Julio in paludibus ambulacri dicti Studentenwäldlein. Refrigerat, & leniter adſtringit univerſum hoc plantarum genus.

Potamogeton perfoliatum Linn. durchſtochenes Samkraut; floret Julio in lacubus & paludibus. Neque hæc, neque prior ſpecies ab ovibus comeditur.

Potamogeton criſpum Linn. krauſes Samkraut; floret Julio ibidem.

Potamogeton ſerratum Linn. geſägtes Samkraut; floret Auguſto in rivulis, viæ Hechingenſi adjacentibus.

Sagina procumbens Linn. geſtrektes Maſtkraut, geſtrekter Vierling; floret a Junio in Septembrem in arvis inter Waldhuſam & Bebenhuſam mediis, & in ſilva Bebenhuſana Jordan: Radix repens; caules plures folioſi, procumbentes, tenelli, glabri, foliis linearibus oppoſitis.

PENTANDRIA.

M O N O G Y N I A.

Myoſotis ſcorpioides paluſtris Linn. *Lithoſpermum paluſtre minus*, *Μυος ωτα*, *Μυος ωτυδα*,

δα, vergiß mein nicht, je länger je lieber; floret Junio in paluſtribus. A pecoribus non comeditur, niſi quidem rariſſime a capris.

Myoſotis ſcorpioides arvenſis Linn. ſcorpionartiges Akermausöhrgen, Majo in arvis & pratis florens; cujus nutrientis plantæ folia contuſa, tepida, in ophthalmia humida commendavit Gohl. Act. Berol. Dec. I. Vol. V. p. 33. ſqq.

Myoſotis ſcorpioides γ. Linn. Varietas priorum in arvis creſcens.

Myoſotis Lappula Linn. Rivinisches Mausöhrlein, kleine Hundszunge, Κυνογλωσσον μικρον, ſmall Houndstongue, Langue de chien petite, Cynogloſſe petite, quam etiam Cl. Hiller in regione Zabergovienſi obſervavit, Julio ad muros Roſeckenſes florentem vidi: Ab ovibus non comeditur, teſte Pane Sueco.

Lithoſpermum officinale Linn. Gremil, Herbe aux perles, Λιθοσπερμον, Gromwell, Steenſaed, Paerlkruyd, gewöhnlicher Steinſamen, Steinhirſe; floret Aprili & Majo in arvis & agris. Semen eburneæ duritiei, inodorum, ſaporis farinacei, nonnihil adſtringentis, pollinem panemque eſculentum præbet. Erhart. l. c. 7. B. p. 58.

Lithoſpermum arvenſe Linn. Akerſteinſamen, wilde Steinhirſen, wilde Rothwurz, rothe Ochſenzunge, falſcher Meerhirſen, Schminkwurzel; floret Majo in arvis; radix nauſeoſi ſaporis, inodora, lignoſa, intus nivea, extus rubra, recens etiam rubro inficiens colore,

lore, & ſuco apta. Linn. flor. ſuec. n. 160. protrudens caulem ſolitarium, nunc ſimplicem, nunc ramoſum, caule & ramis interdum rubellis, incanis, folioſis, verſus apices flores albos, parvos, ſeſſiles, axillares gerentibus, qui etiam mellis materiem dant apibus Gled. l. c. 2. p. 200. Folia ſcabra, incana, alterna, linearia, ſeſſilia, leniter adſtringentia, ex amaro ſubdulcia, & parum irritantia ibid. 1. p. 297. Semina quatuor aſpera rugoſa.

Cynogloſſum officinale Linn. Langue de chien, Cynogloſſe, Cinogloſſa, Κυνογλωσσον Διοσκοριδȣ, Houndstongue, Hondstonge, gebräuchliche Hundszunge; floret Majo & Junio inter ſaxa, in viis, ambulacris, lapidoſisque. Radix parum, ſed ingrate odorata, recens, præſertim in ſucco vi narcotica & anodina celebris, ab aliis adſtringentibus adnumeratur: Planta tota, teſte Pane Sueco, ab ovibus intacta relinquitur.

Pulmonaria officinalis Linn. *Pulmonaria Italorum ad bugloſſum accedens;* grande Pulmonaire, Herbe de cœur, Herbe aux poûmons, Herbe au lait de notre Dame, Pulmonaria, Spotted Lungwort, Sage of Jeruſalem, Longe-Kruyd, gewöhnliches Lungenkraut, gefleckt Lungenkraut, Lungenkraut; floret Martio, Aprili & Majo in ſilvis. Folia inodora, ſaporis herbacei mucilaginoſi, vulneratis olim & phthiſicis commendata, pecoribus grata, Anglis, & nonnunquam etiam Germanis, in uſu culinari ſunt. Pul-

Pulmonaria anguſtifolia Linn. *Pulmonaria foliis echii*, Petite pulmonaire, Pulmonaire a feüilles étroites, Small-leaved Lungwort, ſchmalblätterichtes Lungenkraut, Berglungenkraut. Et externis multis dotibus & viribus cum priore convenit: Ex utriusque dulcibus floribus multum mellis colligunt apes. Gled. l. c. 2. p. 143.

Symphytum officinale Linn. grande Conſoude, Oreille d'âne, Συμφυτον πηκτον, Comfry, gemeines Beinwell, Wallwurz, Schwarzwurz; floret a Majo ad Auguſtum in pratis Luſtnavienſibus juxta Nicarum ſitis, & ſilvæ proximis, prope fabricam tegularum, ad paludem in ambulacro Studentenwäldlein, & ad Ameram inter villam Ammerhof & ſilvam Schwärzloch. Plantæ pabulo ineptæ, radix craſſo muco plena leniter adſtringit, incraſſat, temperat, involvit, in hominum & equorum vulneribus, fracturis, herniis, luxationibus ſanandis, fluxibus ſanguinis & alvi ſiſtendis celebris; cujus etiam, menſe Octobri effoſſæ decem libræ, ſi cum amphora aquæ ad reſiduum dimidiæ partis coquantur, hoc durabile reddunt, non mutata mollitie; quin etiam coriis parandis una cum herba idoneam invenit Cl. Gleditſch. l. c. 1. p. 22. Summitates, quas dicunt, inter eſculenta refert Erhart. l. c. 3 B. p. 125. florum, qui apium culturæ maximopere favent, Gled. l. c. 2. p. 162. decoctum in mictu cruento commendavit Camerarius.

 Bo-

Borago officinalis Linn. *Borrago flore cæruleo*, Bourrache, Borragine, Βουγλωσσον πλατυφυλλον, Borage, Bernagie, Boragie, Boretſch, Burretſch, Borragen. Julio florentem proxime ad portam Hirſavienſem ſiniſtrorſum invenit Duvernoy, quam vix crediderim ſponte ibi natam. Plantæ inertis, niſi quatenus aquam, &, teſte Cl. Marcgrafio, nitrum continet, uſum in morbis pectoris acutis ſummopere extollit Lieutaud in Synopſi univerſæ praxeos medicæ. P. I. Amſtelæd. 1765. p. 545. flores & folia cum aceto & oleo cruda; poſteriora etiam juniora inſtar oleris cocta comeduntur.

Aſperugo procumbens Linn. geſtrektes Scharfkraut, groſes Klebkraut, blaues Klebkraut, blauer Kleber, deutſcher Berufswant, kleine wilde Ochſenzunge; floret Junio in ruderatis: Juniora folia aquoſa & refrigerantia oleris inſtar cocta comedi poſſunt.

Lycopſis arvenſis Linn. Akerwolfsgeſicht, Akerkrummhals, rauhe Feld-Ochſenzunge; floret Auguſto in ſaxoſis ad aquas. Junior ſucculenta planta ab ovibus comeditur Gled. l. c. 3. p 359. ex floribus aliquid mellis colligere apes. id. l. c. 2. p. 201.

Echium vulgare Linn. *Echium vulgare hirſutum;* Herbe aux vipers, Viperina, Εχιον Αλκιβιδιον, Viperine, gemeiner Otternkopf, wilde Ochſenzunge, falſcher Waidt, gemeiner Natternkopf; floret Junio in ſaxoſis & ad vias. Apium culturæ maximopere favens, Gled.

Gled. l. c. 2. p. 176. olim vi venenum viperinum debellandi celebris ſtirps in morbis acutis pectoris laudatur a Cl. Lieutaud l. c. P. I. p. 550.

Echium violaceum Linn. veielblauer Otternkopf, veielblauer Natternkopf; floret Junio & Julio in ſilva Burgholz. Caulis ſuperne incurvatus, ramoſiſſimus, hiſpidus, tuberculatus, tuberculis ſubfuſcis: Rami recurvi, axillares, hiſpidi: Folia lanceolata, ſeſſilia, mollia, piloſa, integerrima, ſubobtuſa, ſuboppoſita: Flores ſeſſiles; calicibus hiſpidis, tubum corollæ ſuperantibus: Corollæ inapertæ purpureæ, apertæ cæruleæ compreſſæ irregulares, antheris fuſcis, ſtilo brevioribus, longiores.

Primula veris officinalis & *β Primula veris odorata & pallido flore*; Primevere, Primerole, Fleurs de Coucou, Primavera, Φλομις Διοσκοριδȣ, Cowſlips, Sleutel bloem, Frühlingsſchlüſſelblume, Schlüſſelblume, Himmelsſchlüſſel, St. Peters Schlüſſel, Bathengen, wilde Bathengen: herba paralyſeos officinarum; floret Aprili & Majo in pratis, montibus, ſilvis. Prioris flores odoratiſſimi, nervini, anodini, paralyticis, rhevmaticis, & arthriticis commendandi; ex iis etiam vinum fit, & mella legunt apes. Gled. l. c. 2. p. 146. Poſterioris herba & radix, amariuſculæ, uti varietatis γ, Anglis ſub nomine Primeroſe officinalis, expreſſæ ſternutationem excitant; herba etiam, ut

 illius,

illius, ſaporis crudi, aceto imbui, aut inſtar oleris coqui poteſt, ægrotis pecoribus & ſalubris, & avide ab iis comeſta.

Menyanthes trifoliata Linn. Menianthe, Trefle de marais, Trefle d'eau, Trefle aquatique, Trefle de Caſtor, Marſh trefoil, Buckbeans, Water-drie-blad, Biberklee, Fieberklee, Waſſerklee, Scharboks-Klee, Dreyblatt, Zottenblume, Klappe; floret Julio in paludibus: Planta amariſſimi ſaporis, myrrha & cortice aurantiorum corrigendi, in extracto præſertim & ſucco foliorum expreſſo efficax, in morbis cutaneis potens, incidens, roborans, ſaluberrima etiam pecoribus, inprimis ovibus & vaccis, ut omnes amaræ, raro prudentique uſu, Gled. l. c. 3. p. 351. & morbis eorum ſanandis idonea, Erhart. l. c. 2. B. p. 156. cervis rangiferis accepta. Act. acad. reg. Scient. Suec. Vol. XI. trim. 2. art. 2. Lapponibus in annonæ caritate pro alimento inſervit, & humulo lupulo in paranda cereviſia ſubſtituitur Erh. l. c. p. 154. Folia viridi colore tingunt.

Lyſimachia vulgaris Linn. *Lyſimachia lutea major*, Lyſimachie, Corneille, Souci d'eau, Perceboſſe, Chaſſeboſſe, Liſcimachia, Λυσιμαχιον Διοσκοριδε, gemeine Lyſimachie, gemeiner gelber Weiderich; floret Auguſto ad rivum Bebenhuſanum prope præfecturam Luſtnavienſem, in paludibus proximis Roſek, & in rivulo juxta viam Luſtnavienſem proxime ptochotrophio publico.

Plan-

Plantæ, quæ junior pabulo inſervire poteſt pecoribus, herba uſu externo internoque adſtringit; accenſa ſerpentes fugare, muſcasque perimere; flores capillos dealbare, & excoriationes ſanare dicuntur: Pollen antherarum materiem ceræ præbet apibus. Gled. l. c. 2. p. 179.

Lyſimachia nemorum Linn. Mouron à fleurs jaunes, Anagallide gialla, Yellow Wood-Pimpernel, Guychelheyl met gele bloeme, Haynlyſimachie, gelber Hünerdarm. Floret Junio in ſilva, quam peragrant pede Tubinga Entringam profecturi.

Lyſimachia Numularia Linn. *Lyſimachia humifuſa folio rotundiore;* Numulaire, Monnoyere, Herbe à cent maux, Herbe à cent maladies, Herbe aux ecus, Nummularia, Money-wort, Herb Two-pence, Penning-Kruyd, Wieſengeld, Pfenningkraut, Egelnkraut; floret Junio & Julio in ſilvis & ſepibus, præcipue montis anatolici; Plantulæ, pecoribus, inprimis ovibus, gratæ & ſalubris, folia inodora, ſaporis ſubadſtringentis, ſubacidi, a Boerhaavio in ſcorbuto calido & hæmorrhagiis; ab aliis in phthiſi, fluore albo, dyſenteria, ulceribus, vulneribus, & herniis infantum inteſtinalibus, ſive cum aqua, ſive cum vino, ſive cum lacte decocta commendantur.

Anagallis arvenſis Linn. *Anagallis phæniceo flore*, Mouron a fleurs rouges, Anagallina overo Anagallide roſſa, Αναγαλλις,

Common red Pimpernel, Guychel-heyl met rode bloeme, rother Gauchheil, rothe Miere, rother Hünerdarm, rother Hünertritt; floret Junio in agris & ad vias.

Anagallis fœmina Milleri; *Anagallis cæruleo flore*, Mouron à fleurs bleues, Anagallina azurra, Common blue Pimpernel, Guychel-heyl met blouwe bloeme, blauer Gauchheil, blauer Hünerdarm, blaue Miere, blauer Hünertritt; floret eodem cum priore & loco & tempore. Utriusque plantæ ovibus contemtæ radix eſcas columbis alliciendis aptas ingreditur; folia pellucida, punctata, ſaporis herbacei, odoris fere nullius, & hominibus mania, melancholia, epilepſia, rabie canina laborantibus, præſertim a Cl. Bruch Diſſert. de anagallide. Argent. 1758. & Cl. Cartheuſer fundament. mat. med. Francof. ad Viadr. T IV. p. 504. ſqq. licet alii inefficacem pronuncient; & animalibus rabioſis, & bobus ophthalmicis, & ovibus vertiginoſis, atque a cauſſa in ſanguine latente ſtupidis, poſtremo quidem & ſanandi & præſervandi fine commendantur. v. Schrebers Samml. verſch. Schrift. 2 Th. p. 312. ſqq. Semina avibus minoribus pabulo inſerviunt.

Convolvulus arvenſis Linn. *Convolvulus minor arvenſis*, Lizeron, petit Lizet, Campanette, Clochette, Urillée commune, Convolvolo ſalvaggio piccolo, ſmall Bindweed, kleine Winde, Akerwinde, Feldwinde, Erdwin-

winde, Päthenwinde, kleine Winde, kleine wilde Winde; floret Junio & Julio in arvis. Amaram plantam ruſtici Galloprovinciæ, teſte Tournefortio, pro vulneraria, alii pro reſolvente, Emanuel Kœnig pro detergente & anodina habent.

Convolvulus ſepium Linn. *Convolvulus major albus*, Lizet, grand Lizeron, Convolvolo delle fratte, *Σμιλαξ λεια Διοσκοριδȣ*, Hedgebells, groote Winde, Zaunwinde, Hekenwinde, Zaungloke; floret Junio & Julio in ſepibus. Planta vulnerata ſuccum lacteum fundit, qui inſpiſſatus ſcammoneo ſubſtitui poſſet, mitior tamen: Herba purgans, reſolvens & anodina externe in cataplasmatis adhibetur.

Campanula rotundifolia Linn. *Campanula minor rotundif. vulg.* kleine blaue Glasglöklein, kleine Milchglöklein, kleine Wieſenglöklein, rundblätterichte Glokenblume, kleine wilde Rapunzel; floret a Majo in Auguſtum in pratis, ſepibus marginibusque vinearum: Succo lacteo grato turgentis plantæ flores contuſos viridi colore tingere. Schreber Sammlung verm. Schr. 16. Th. p. 304. Hujus etiam varietatem linifoliam Julio in monte Spizberg floridam vidi: Folia radicalia ipſi erant lanceolato-ovata, dentata; caulis ſubuniflorus.

Campanula rapunculus Linn. Raponce, Raponzolo, Raperonzo, Rampions, Cornſallet, Winterſallet, Eetbare Rapunce, Ra-

ponſele, Rapunzel; floret, teſte Erharto, menſe Junio ad vias; equidem inveni Julio florentem in monte pone patibulum Tubingenſe. Planta hæc, antequam caules protrudat, cum radicibus & foliis, aut cocta, aut aceto condita comeditur.

Campanula perſicifolia & *β* Linn. *Campanula nemoroſa anguſtifolia magno flore; & Campanula anguſtifolia nemoroſa magno flore major*; Glokenblume mit dem Pferſichbaumblatte, groſe ſchmalblätterichte Waldrapunzel, groſe Schellen, hohe ſtaudige ſchmalblätterichte Waldglokenblume; floret a Majo ad Julium in ſepibus & pratis, varietas *β* in ſilvis, præcipue in ſilva Blabyrenſi circa Ruſſenſchloß, & in ſilva Tiefenthal. Radix inſipida, inodora, fibroſa, albida: Caulis ultra pedem altus, hirtus, tetragonus: Folia radicalia multa crenata ſubpetiolata, hirta; caulina hirta, argute ſerrata, alterna. Flores pauci, alterni, pedunculati, corollis purpureis, ſtriis veniſque cæruleis: Ex floribus mel ceramque legunt apes. Gled. l. c. 2. p. 169. Juniora folia gratum idque lactiferum ovibus pabulum ſuppeditant. id. l. c. 3. p. 359.

Campanula pyramidalis Linn. pyramidenförmige Glokenblume; Inveni menſe Auguſto ad ſepes. Et proceritate ſua, & larga florum copia oculos botanophilorum delectat.

Campanula rhomboidalis Linn. Floret Julio in ſummo cacumine montis Spizberg, & prope Roſek. Cam-

Campanula latifolia Linn. breitblätterichte Glokenblume; floret Julio in monte pone patibulum Tubingenſe; inſtar campanulæ rapunculi comedi poteſt.

Campanula rapunculoides Linn. rapunzelartige Glokenblume, Milchglöklein, kleine Feldrapunzel; floret Junio in vineis Roſekenſibus: Ex ejus floribus apes ceram & mel colligere Gled. l. c. 2. p. 169. Omnibus fere pecoribus grata ſunt dulcia ejus folia. ibid. 3. p. 359. Radices eſculentæ ſunt.

Campanula Trachelium Linn. *Campanula vulgaris foliis urticæ;* Glokenblume mit Neſſelblättern; floret Julio & Auguſto in ſilvis. Hæc planta, antequam cauleſcat, cum radicibus & foliis aut cocta, aut aceto condita comedi poteſt. Gesneri phytograph. ſacr. gener. part. pract. 1. p. 17.

Campanula glomerata Linn. *Campanula pratenſis flore conglomerato;* gehäufte Glokenblume, klein Halskraut; floret Majo & Junio in pratis montis anatolici aliisque pratis montanis: Flores aliquid ceræ & mellis præbere apibus Gled. l. c. 2. p. 177.

Campanula Cervicaria Linn. *Campanula foliis echii;* gemeines Halskraut, gemeine neſſelblätterichte Waldglokenblume. Caulis angulatus, flores inferiores ſolitarii, medii bini, ſummi glomerati: Corollæ magnæ: Folia inferiora latiora: Ex plantæ hujus, quæ & recens, & ſiccata pecoribus inviſa, & e pratis evellenda eſt, teſte Schreber

Sammſ. verm. Schr. 3. Th. p. 20. floribus & mel & ceram colligunt apes. Gled. l. c. 2. p. 169. radix ſapida eſt, teſte patruo J. G. Gmelino.

Campanula Medium Linn. Waldglokenblume; floret Junio in ſilvis.

Campanula Speculum Veneris, Linn. Frauenſpiegel; Inveni ſatis frequentem in agris Vaihingenſibus, præcipue proximis arci Vaihingenſi, Julio florentem.

Campanula ſubhiſpida, caule ramoſo foloſo, foliis lanceolatis ſubſerratis, corollis erectis, calyce longioribus. Floret Septembri in ſepibus.

Campanula caule ſimplici glabro, foliis ſeſſilibus glabris linearibus anguſtis argute ſerratis, floribus erectis pedunculatis ſecundis terminalibus. Floret Julio in monte pone patibulum Tubingenſe.

Campanula foliis latis lanceolatis hiſpidis ſubſeſſilibus, caule ramoſo angulato; floribus ſecundis pedunculatis, calycibus hiſpidis magnis patulis. Floret Auguſto in ſilva Burgholz.

Phyteuma orbicularis Linn. runde Rapunzel; floret Junio in monte Balingenſi Schalksberg.

Phyteuma ſpicata Linn. *Rapunculus ſpicatus albus;* ährige Rapunzel, gemeine groſe Rapunzel, Waldrapunzel, wilde Rapunzel mit weiſſen Blumen; floret Majo & Junio in ſilvis. Radix ſubdulcis: Caulis ſolitarius, duos,

duos pedes ſæpe altus, folioſus; foliis infimis in caule decurrentibus, petiolatis, petiolo alato; ſpica terminalis ſolitaria, floribus ſeſſilibus bracteatis, ſubalternis, inferioribus prius florentibus, bracteis linearibus: Campanulæ Rapunculo ſubſtitui poteſt: Flores mel præbent apibus. Gled. l. c. 2. p. 160.

Lonicera Periclymenum Linn. *Caprifolium germanicum Dodon.* Chevrefeuille commune, Chevrefeuille d'Allemagne, Caprifoglio volgare, Περικλυμενον, Common Honey-ſukle, Common Woodbind, Camperfoglie, Geytenblad, gemeine Spekſilie, Waldwinde, wildes gemeines Geisblatt, Geisblatt, deutſches Geisblatt, je länger je lieber, Lilie, Zaungilge; in via montana Burgholzgäßlein & Spizberg obſervavit Duvernoy. Ab ovibus non comeditur planta, topiariis & ſepibus apprime apta, niſi ramos proximarum ſtirpium ſuffocaret. Succus radicis chartam cæruleam intenſe rubefacit: Cortex trunci acris eſt, ſalſus, ſtypticus, & ingrati odoris: Sapor & florum & foliorum herbaceus, crudus, ſtypticus; odor horum ingratus, quaſi cimicum; illorum gratus, ſed fortis: ſuccus herbæ adſtringit: Baccæ dulces purgare alvum perhibentur. du Roy Harbkeſche wilde Baumzucht ꝛc. 1. Th. Braunſchw. 1772. p. 384.

Lonicera Xyloſteum Linn. gemeine Hekenkirſche, Hundskirſche, Teufelskirſche, Teufels-

felsmarterholz, Zwekholz, Strůzern, Wolpermaien, Zåunling, Beinholz, Waldwinde, Tabakrőhrgenholz, Seelenholz, Schiesbeere, Fospiepen, Fiedelrůmpgen, Fly Honey-ſukle, Chamæceraſus des haies: Floret Majo & Junio frequens ad ſepes: Ab ovibus non comeditur apium culturæ multum favens & ſepibus denſis humilibus aptus, ſolique parum humidi amans frutex: Cortex cinereus nigris punctis exaratus: Rami oppoſiti in exortu ſtipulis apice marceſcentibus inſtructi: folia piloſa, inſidentia petiolis, uti rami, ab altero latere viridibus, ab altero purpureis: Pedunculi ex alis foliorum nati biflori: Flores albidi, tuberculo inferius rubro. Lignum venatoribus utile; baccæ purgant, & improbo abuſu vomitum cient. Du Roi l. c. p. 391.

Verbaſcum Thapſus Linn. *Verbaſcum maj. latifolium luteum;* Wollkraut, weiß Wollkraut, Kőnigskerze, Fakelkraut; Wollkruyd, Toortskruyd, Wollebladern; Mullein; Φλομος Διοσκοριδȣ, Verbaſco, Taſſo barbato, Bouïllon blanc mâle, Moléne, Bonhomme: Floret Junio & Julio ad vias; Caulis tomentoſus, rectus, ſæpe cubitalis, ſimplex, folioſus, craſſus: Folia decurrentia, tomentoſisſima: Flores ſpicati terminales, ſeſſiles, congeſti, fulti folio florali tomentoſo; calice ſimiliter tomentoſo; corolla lutea, magna, rotata, ſubtus villoſa, tubo brevi, limbo plano quinquefido; ſtaminum filamenta piloſa,

loſa, ſuperius incurvata; antheræ coccineæ: Plantæ, quam oves intactam relinquunt, herba glutinoſi ſaporis emollit, involvit, ſuccumque præbet, podagricis & hæmorrhoidariis commendatum; flores etiam gratæ melleæ dulcedinis inter emollientia referuntur: Lanuginem adhærentem moxæ alii ſubſtituunt.

Verbaſcum lychnitis & β Linn. Königskerze, die dem Lichtröslein gleichet, klein Wullkraut, ſandiges Wullkraut, Heiden-Wullkraut; floret cum varietate alba ſ. *Verbaſco Lychnite fl. albo parvo*, Julio & Auguſto in collibus ſterilibus, frequens in monte proximo cavernæ Nebelloch, & ad vias Blabyrenſes. Caulis ramoſiſſimus, angulatus, incanus: Folia ſeſſilia, cuneiformi-oblonga, ſuperius ſublævia, inferius incana, nunc oppoſita, nunc alterna: Rami axillares: Flores ſpicati, pedunculati, bini, terni aut quaterni, numeroſiſſimi, alterni; pedunculi incani; corolla lutea, rotata, mediocris, ſubtus hirſuta; calix incanus.

Verbaſcum phlomoides Linn. Königskerze, welche der Phlomis gleicht; in regione Zabergovienſi obſervavit Cl. Hiller.

Verbaſcum nigrum Linn. *Verbaſcum nigrum flore ex luteo purpuraſcente*; ſchwarze Königskerze, ſchwarz Wullkraut, ſchwarz Kerzenkraut; floret Julio & Auguſto in humidis, in monte Rosberg, & ad vias Blabyrenſes. In monte Spizberg invenit Duvernoy. Ab ovi-

ovibus non comeditur: Trium harum ſpecierum pollen antherale legunt apes. Gled. l. c. 2. p. 187.

Verbaſcum Blattaria Linn. Χρυσογονον, Schabenkraut, Goldknöplein, Goldknöpflein, Mattenkraut; floret Julio in ſterilibus, & præſertim in paſcuo Gänswaſen: Pecoribus inviſæ plantæ, ex pratis tollendæ varias ex auctoritate aliorum tribuit virtutes Bœcler. diſſert. de neglect. veget. remed. uſu. Argentor. 1732. p. 32. ſqq.

Datura Stramonium Linn. Pomme epineuſe, Noix Metelle, Herbe aux Sorciers, Herbe aux Magiciens, Herbe des Démoniaques, Herbe du Diable, Herbe à la Taupe, Βαρυκοκκαλον, Thorn-apple. Doorn-appel, Dollen-appel, gemeiner Stechapfel, Stachelnuß, Dollkraut, Tollkraut, Igelskolben; floret a Majo in Septembrem, rarior olim in Europa, prope portam Nicarinam & ædes publicas Zimmerhütte ad latus dextrum, juxta viam Luſtnavienſem, & prope portam Hirſavienſem. Funeſtis & in homines & in alia animalia venenoſisque effectibus, quorum exemplum v. Eſſays and Obſervations, read before a Society in Edinburgh. Vol. II. 1756. art. 11. p. 247. vomitu prævertendis, nefarioque nebulonum abuſu famoſiſſima planta, ovibus intacta, nuper demum ſcopo narcotico in uſum revocata fuit, Auctore Ill. Stœckio, de quo v. in deſcriptione hyoſcyami nigri: Semina olim pro ſemi-

ſemine nigellæ ſativæ vendita, iisdem cum ſeminibus hyoſcyami nigri viribus pollent. Gled. l. c. 2. p 387.

Stramonium Tatula Linn. bläulichter Stechapfel; floret eodem tempore pone ædes publicas Zimmerhütten ad latus ſiniſtrum.

Hyoſcyamus niger Linn. *vulgaris*. Jusquiaume noir, Giuſchiamo, Υοσκυαμος, Common wild Henbane, Blak Henbane, ſwart Bilſenkruyd, gemeines Bilſenkraut; floret Majo & Junio in montibus, ſterilibus, & ruderatis. Planta tota, ovibus intacta, viroſi ingratique odoris, viſcoſa, quæ atmoſphæram vaporibus ſuis replendo, omnibus ea utentibus ſomnolentiam inducit: Triſtis floris color jam ſuſpectus: Effectus ejus deleterius & in homines, & in animalia cujuscunque fere ordinis, vertigine, ſtupore, & deliriis primo ſe exſerentes, vomitorio aut lacte aſſumto tollendos legas in Wepferi de cicuta aquatica libello; in Erhart. l. c. 4. B. p. 60. Philoſoph. Tranſact. Vol. XLVII. nr. 28. in Formey melanges philoſophiques T. I. p. 117. ſeqq. & paſſim in Ephemerid. Acad. Cæſ. Nat. Connoſ. radicum etiam pro radicibus gentianæ luteæ ex Helvetia adlatarum in Miller Figures of the moſt beaufiful, uſeful and uncommon plants Vol. I. Lond. 1760. Externe tamen folia ſcopo emolliendi, refrigerandi, reſolvendi, doloresque leniendi adhibita ſunt; ſemina alii interne hæmoptoicis & epilepticis dedere, aut

fumum

ſumum eorum dentibus dolentibus adplicarunt: Recentiores, auctore Ill. Stœrkio, in extractum redactam plantam optimo cum ſucceſſu melancholicis, hypochondriacis, maniacis ingeſſerunt. v. Ejus Libell. de ſtramonio, hyoſcyamo & napello; ejusd. libell. quo continuant. experim. & obſerv. circa nova ſua medicam. Vindob. 1765. c. VI. Ejusd. Libell. de flammul. Jovis. Vind. 1769. p. 32. & ejusd. libell. de pulſatill. nigr. uſu medico. Vindob. 1771. p. 59. 60. Eundem vidit Clariſſ. Schinz in der Vorrede zu der Ueberſezung der Störkiſchen Abhandl. von dem ſicheren Gebrauch und Nuzbarkeit des Stechapfels, Bilſenkrauts ꝛc. Zürich 1763. qui etiam exactiſſimam plantæ deſcriptionem addidit l. c. p. LXXII — LXXVII. Radicibus ejus mures pelli, muſcas aliaque inſecta Schrebers S. verm. Schr. 6. Th. p. 285.

Atropa Belladonna Linn. Morelle marine, Belladonna (Gall. & Ital.) Στρυχνον μελανοκεραſος, Dwale, Deadly Nightſhade, Dol makende Nacht-ſchade, gemeine Wolfskirſche, Wolfskirſchen, Dollkirſchen, Tollkraut, Schlafkraut, Schlafbeere, Tollbeere, Teufelsbeere, Waldnachtſchatten, tödtlicher Nachtſchatten; floret Junio & Julio in ſilva Bebenhuſana Jordan, & in montibus Rosberg & Heuberg. Venenatæ plantæ, præſertim in baccis, quæ duabus puellis furorem, & paralyſin partium inferiorum excitaſſe obſervatæ ſunt a Dumolin emetico antimoniali reſti-

reſtitutis. Vandermonde Journal de Medecine &c. T. XI. 1759. mois Août. art. 5. p. 119. ruſtico ejusque uxori ſymptomata parum diverſa. Hiſtoire de l'academie. ann. 1756. Paris p. 72. quas tamen innoxias deprehendiſſe ſe teſtatur Manetti in Viridar. Florent. 1757. ſemper noxias Hiſtoire de l'Academ. Royale des Sciences à Paris. 1762. p. 72. Gœckel fränkiſche Samml. von Anmerkungen aus der Naturlehre, Arzneygelahrheit, Oeconomie, und den damit verwandten Wiſſenſch. 3ter Band. Nürnb. 1758. p. 44. & Martin in Roux Journal de Medecine &c. T. XVIII. p. 144. atrociſſima excitantis ſymptomata, acidis præſertim vegetabilibus, vino, ſero lactis aut vomitu vel corrigendæ, vel expellendæ, & radices, & folia externo uſu ſcopo reſolvente, repercutiente, anodino jam pridem, ſcopo coſmetico aqua deſtillata, & baccarum ſuccus expreſſus cum ſaccharo in ſyrupum coctus dudum ad quoscunque fluxus ſiſtendos, doloresque leniendos interno uſu commendata a C. Geſner. Ephemer. Nat. Curioſ. Dec. III. 3. p. 154. Nuper demum infuſum, aut decoctum, aut extractum foliorum parciſſima doſi interne ſumtum in cancro turbisque nervorum laudatum in diſſert. Præcept. noſtri ſummopere venerandi Oetinger de belladonna, tanquam ſpecifico in cancro Halæ Anno MDCCXXXIX. habita, & Lambergen in lect. inaugur. ſiſtent. ephemerid. perſanat.

 cancro-

cancromat. Grœningæ 1754. aſſentientibus etiam Auct. Comment. Lips. Vol. VIII. p. 654. & Watſonio Philoſoph. Tranſact. Vol XLIX. P. II. art. 112. p. 810. ſqq. Contradicenti-bus tamen Heiſtero Inſtitut. chirurg. T. I. P. I. L. IV. Cap XVII. p. 337. Amſtelod. 1750. Andry l. c. T. XI. p. 499. ſqq. Darluc in Van-dermonde Journal &c. Amoureux ibid. T. XIII. p. 47. ſqq van den Block ibid. T. XIV. p. 108.

Phyſalis Alkekengi Linn. Coqueret, Co-querelle, Alkekenge, Alcachengo, Αλικακκα-βον, Φυσαλις, Winter-Cherry, Krieken over Zee, gemeine Judenkirſchen, Bokerellen; flo-ret Junio juxta viam Hechingenſem, & in monte Rosberg. Fructus a calice inflato amaro caute ſeparatus intactus non amarus, ſed acidulus, lotium pellit. aceto macera-tus acetariis etiam inſerviens. Geſn. Phy-togr. ſ. g. p. p. l. p. 18. forma ſuffitus dolo-res dentium lenire vulgo fertur.

Solanum Dulcamara Linn. *Solanum ſcandens ſ. Dulcamara*, Morelle, Douce-amére, Dol-camara, Στρυχνον γλυκυπικρον, Bitterſweet, Woody Nightſhade, Alfrank, Bitterſoet, Bitterſüs, Hinſchkraut, Waldnachtſchatten, ſteigender Nachtſchatten, Alpranken, je län-ger je lieber; floret Majo & Junio in ſepibus, ad fluvios rivosque. Plantæ, ab ovibus non comeſtæ, topiariis aptæ, & ad exſic-candas paludes exſtruendosque aggeres com-mendatæ a Cl. Gled. l. c. 3. p. 395. externo uſu

uſu anodinæ, & reſolventis, radix & ſtipites, præſertim illius cortex, guſtati primo amaricantes, dein dulceſcentes, ſaponacei, viſcerum obſtructiones, cruoremque extra vaſa pulſum reſolvere, alvi, ſudoris, urinæque excretionem promovere, licet omni absque evacuatione cancro mederi tradantur Hiſtoire de l'acad. royale des Sciences à Paris 1763. p. 55. ſqq. hinc hydropicis prodeſſe multis, in exoſtoſi tibiæ, ulceribusque variis mira præſtitiſſe Razoux in Roux Journal de Medecine à Paris. T. XXII. p. 236. in cacochymia eidem Tables noſologiques dreſſées a l'hôtel Dieu de Nîmes. Bâle. 1767. p. 268. in febribus intermittentibus Expertiſſ. Collin in noſocomii civic. Pazmaniani anno 3. Vindobonæ. 1764. perhibentur. Juniores comedi poſſe Erhart. l. c. 6. B. p. 205. folia, æqualibus utrinque auriculis interdum munita ſapore fatuo pollent, & odore narcotico, reſolventia, & abſtergentia; fructuum vinoſi ſaporis refrigerantium & repercutientium ſuccum coſmetico ſcopo adhiberi poſſe, tradit Erhart. l. m. c. p. 256. De hac planta v. Spieſſenhof Diſſert. de Solano Dulcamara. Heidelbergæ. MDCCXLII.

Solanum nigrum vulgare Linn. Morelle commune, Solano, Στρυχνον, Common Nightſhade, Nachtſchade, gemeiner Nachtſchatten, Nachtſchatten; floret Julio ad muros juxta viam, quæ ducit auf den Gänswaſen; ad

hortos viæ Hirſavienſis, Duvernoy. Plantæ hominibus funeſtæ, innoxiæ fere variis animalibus, teſte Cl. Roſſi l. c. ab ovibus non comeſtæ externo uſu refrigerare, dolores ſedare credebantur & baccæ & folia; interno uſu folia doſi grani unius cum uncia aquæ ferventis ſumenda, poſt aliquot dies repetenda, ad ſex grana augenda, & plane omittenda, niſi vel alvum, vel urinam, vel perſpirationem promoveant, hemiplecticis & hydropicis commendarunt alii; caulem, demtis omnibus reliquis, minutim conſciſſum, & ad drachmam dimidiam pro doſi cum aquæ fontanæ unciis ſedecim ad dimidiæ partis conſumtionem coctum ſcorbuticis Razoux Hiſt. de l'Acad. Royale des Sciences Année MDCCLXI. à Paris. p. 55. cancroſis Kannengieſſer l. c. contradicente quamvis Gataker, qui tamen excretiones naturales exinde auctas vidit. Obſervations of the internal uſe of the Nightſhade. 4. Edit. 1757. p. 72. ſqq. a baccarum uſu anates & gallinas peremtas, convulſos pueros vidit Bœrhaave; aquam deſtillatam ſuibus lethalem eſſe Tragus & Rucker in commerc. litterar. noric. 1731. ſpec. 47.

Rhamnus catharticus Linn. Nerprun, Noirprun, Bourgepine, Ranno, Ῥαμνος καθαρτικος, Buckthorn, Weegdoorn, Rhynbeſien-boom, Creuzdorn, Hirſchdorn, Wegdorn, purgirender Wegdorn, Schiesbeere; Majo in ſepibus florentem invenit Erhart. l. c. etiam

c. etiam in regione Zabergovienſi Cl. Hiller. Stirpis, topiariis & ſeptis viridibus denſis, pulchris & viridibus aptiſſimæ, Gled. l. c. 2. p. 426. ad aggeres paludum exſtruendos etiam commendatæ ibid. 3. p. 395. cui etiam Prunus Ceraſus & domeſtica inſeri poſſunt, licet tunc earum fructus alvum valide ducere a nonnullis aſſeratur, cortex obſcure fuſco colore tingit; folia juniora leniter purgantia ab omni pecorum genere amantur. Gled. l. c. 3. p. 361. baccæ, turdis pilari & iliaco gratiſſimæ, levi, ſed ingrato odore, ſapore amaro præditæ, valide purgant ſitimque & ſiccitatem excitant, meſſis tempore collectæ, ſiccatæ, aqua & alumine maceratæ & tritæ, croceo; autumno collectæ, maturæ, contritæ, & aſſervatæ viridi; præſertim ſi fila tingenda antea cum foliis betulæ cocta fuerint; verſus Martini feſtum diem collectæ coccineo colore tingunt, ad tingenda coria & chartas luſorias utili; ſuccus expreſſus in rob inſpiſſatus, & gratia ſuperat, & viribus æquat ſyrupum.

Rhamnus Frangula Linn. Bourgêt, Aune noir, Black Alder, berry-bearing Alder, Pylhoud, Sporkenboom, Faulbaum, Hundsbaum, Lausbaum, Schiesbeere, Pulverholz, Zapfenholz; floret Majo & Junio in ſepibus, præſertim montis anatolici, pone patibulum Tubingenſe, & juxta viam, quæ ducit trans montem Schloßberg in montem Spizberg. Cortex exterior ſubrufus, interior

virefcens, intimus flavefcens; lignum albidum, medulla fubrubra; folia alterna, pedunculata, venoſa, glabra, ſubacuminata, ſubrotunda; petioli cum coſtis & pedunculis foliorum hirſuti; rami exterius rubri; flores axillares parvi, extrinſecus ex rubello virides, intrinſecus albi, in fundo virides, gemini ut plurimum, cernui. Stirpis, ſeptis denſioribus ineptæ Gled. l. c. 2. p. 414. ad exſtruendos tamen paludum aggeres idoneæ ibid. l. c. 3. p. 395 cortex interior valide purgat, verno tempore ſeparatus & ſiccatus, acetoque maceratus, aut decoctus ſcabioſæ cuti, gingivis ſcorbuticis, abdomini hydropico, & bobus obſtructis conducere dicitur; tinctoribus etiam utilis, eadem cum cautela collectus, & in parvis fruſtulis, nullo addito lixivio, luteo colore, qui tamen a ſole obſcurior fit, fila lanea imbuens, ſi in recenti tenui cereviſia, aut ſero poſitus, per triduum emollitus in eadem aqua cum his coquatur; rubro autem, ſi hæc alumine imbuta per annum aëri libero exponantur; obſcure fuſco cortex exterior, qui etiam accenſus, argento, cui oleum antea obductum eſt, ſplendorem conciliat: Ligni carbones eximie inſerviunt pulveri pyrio parando Erhart. l. c. 4. B. p. 26. flores diu vigentes mellis materiam ſuppeditant apibus. Gled. l. c. 2. p 162. Folia capris grata, reliquis pecorum generibus ſalubria, lac augent, ſuccos depurant, urinam

pro-

promovent, & bonum pabulum præbent Gled. l. c 3 p. 361. eadem & baccæ, valide purgantes, minutim contuſæ & cum aqua in olla coctæ, ſi ebulliit, fila lanea, præſertim ea, quæ antea cum foliis betulæ albæ cocta fuerant, & poſtea cum his coquuntur, viridi, ſed non durabili, ſi elixivantur, obſcuriore colore tingunt. v. Abhandl. der ſchwed. Akad. d. Wiſſ. 1745. 4. Viertelj. 5. St.

Evonymus europæus Linn. Fuſain, Bonnet de Prêtre, Bois à faire des lardoires, Fuſaggine, Τετραγωνια Θεοφραςȣ, Spindeltree, europäiſcher Spillbaum, Spindelbaum, gemeiner Spindelbaum, Spülbaum, Pfaffenkäppgen, Pfaffenmützen, Pfaffenröſchen, Pfaffenröſchenſträuch, Pfaffenhütgen, Pfaffenpfötgen, Hahnenklötgen, Mitſchelinsholz, Pfefferreiſelholz, Spullaus, Käpplein; floret Majo in ſepibus montis anatolici; in ſepibus pratorum viæ Reutlingenſi adjacentium, & juxta viam, quæ ducit trans montem Schloßberg in montem Spizberg prope Roſinleinsberg. Fruticis valide præſertim in fructibus purgantis, ingrato odore præditi, pecoribus, præſertim equis inviſi, & plerisque intacti & noxii, ſepibus humilioribus idonei Gled. l. c. 2. p. 427. lignum flaveſcens, tenerum, ſolidum, fiſſile, ad buxum accedens, variis inſtrumentis aptum, tornatoribus hinc expetitum, etiam ad parandum pulverem pyrium carbone ſuo quæ-

ſitum, qui pictoribus pariter acceptus eſt. Act. acad. reg. Suec. Scient. Vol. XXV. 1764. trim. 3. art. 12. Fructus, paris quæſiti, ovibus lethales, validiſſime emetici, purgant; ſiccata & in pulverem contuſa membranoſa eorum involucra, tinctoribus etiam uſitata, externo uſu pediculos perimunt. Scopoli flor carniol. p. 325. expreſſione Tridentinis ſuppeditant oleum, ad lampades adhibendum Erhart. l. c. 4. B. p. 25. & varie præparati rubro, viridi & luteo colore tingunt, etiam capillos. Act. acad. reg. Sc. Suec. l. m. c.

Ribes rubrum Linn. Groſelier rouge, Uva di S. Giovanni, Red Currant-Buſh, Rode Aelbeſſe-boom, rothe Johannisbeere, S. Johannistrauben; floret Aprili & Majo in ſepibus. Stirpis, ſepibus non adeo aptæ, niſi humilioribus, Gled. l. c. 2. p. 414. acidus, gratiſſimus, refrigerans & leniſſime adſtringens fructus in omni caſu commendandus, in quo alterutra harum virtutum indicatur.

Ribes alpinum Linn. ſüſe Johannisbeere, falſche Roſinlein; floret Majo in ſalicibus ambulacri kleiner Wörth; Priori minus acidus, magis dulcis & fatuus fructus refrigerat pariter, ſed debilius baccis rubri.

Ribes Uva criſpa Linn. Groſelier blanc épineux, white wild thorny Currant-buſh, krauſe Stachelbeere, Hekenbeere, Stechdorn; floret Majo & Junio in ſepibus, queis apprime

me inſervit. Immaturi fructus acido-auſteri, adſtringentes; hoc ſcopo a nonnullis adhibentur; maturi dulces fermentatione, ſaccharoque addito Anglis vinum præbent.

Hedera Helix Linn. Lierre, Ellera, Edera, Abigo, great Common Ivy, Boomklim, gemeiner Epheu, Epheu, Eppich, Waldeppich, Ewig, Mauerewig, Immergrün, Wintergrün, Baumwinde, Mauerwinde, Mauerpfau, Jvenblätter; Habitat in ſilvis noſtris, etiam regionis Zabergovienſis, frequens. Plantæ topiariis ſempervirentibus aptæ Schreber n. Cam. 1. Th. p. 178. muros & defendentis & firmantis Geſn. phytogr. ſ. g. p. p. 5. p. 30. lignum acuendis cultris idoneum, ibid. p. 6. p. 28. in globulos tornatum fonticulis apertis ſervandis adhibitum; in terris orientalibus vulneratum ſubſtantiam reſinoſam, ſplendentem, terreſtrem, leniter adſtringentem, & ſubacrem plorare dicitur, a gummi hederæ officinarum noſtrarum diverſam; juniores ſurculi cum foliis amaris adſtringentibus, & acriuſculis Gled. l. c. 3. p. 361. coriis parandis inſerviunt ibid. 1. p. 25. poſteriora etiam optime pabulo verno, lac augenti, ovibus inſerviunt, Ellis in Schreb. Samml. verm. Schr. 4. Th. p. 102. Baccæ etiam adſtringunt: Per ſemina & ſurculos propagari poteſt: Du Roi l. c. 2. p. 301.

Theſium Linophyllon Linn. *Alchemilla linariæ folio, calyce floris albo T.* Leinblatt, ge-

gemeines Leinblatt, Junio in viis montoſis præſertim juxta viam montanam in montem Spizberg ducentem florens deprehendi.

Vinca minor Linn. *Pervinca vulgaris anguſtifolia*, Petite pervenche, petit pucelage, Violette des Sorciers, Vinca, Κληματις δαφνοειδες Διοσκοριδȣ, Wintergreen, Maagdepalm, Vinkoorde, kleines Sinngrün, Weingrün, Wintergrün, kleines Inngrün; floret Aprili, Majo & Junio in ſepibus & dumetis. Corollæ ut plurimum cæruleæ; varietatem corollis purpureis in ſepibus montis anatolici invenias. Herba recens amara ſtimulat, ſiccata adſtringit, vulneraria eſt.

DIGYNIA.

Aſclepias Vincetoxicum Linn. *Aſclepias albo flore*, Domte-venin, Chelidonia, Ασκληπιας, Swallow-wort, Tame-poiſon, Swalluwe-wortel, Schwalbenwurz, gemeine Schwalbenwurz; floret Majo & Junio in ſilvis. Folia petiolata, ſubſalſa, inodora, petiolis cum coſtis foliorum ſubvilloſis, hirſutula: Corymbi florum axillares; flores pedunculati, parum odorati: Plantæ, quam oves non tangunt, radix fibroſa, odore ſaporeque nauſeoſa, acris & amara, vomitus ciente vi & ordine naturali ſuſpecta, licet magnopere olim hydropicis commendata; ſiccata tamen, aut infuſa minus; externo uſu in pertinacibus ulceribus, ſcrophulis, & mammarum abſceſſibus ſatis efficax: folia vulneraria prædicant alii: Lanam ſemina

na inveſtientem eodem, quo lana ſeminum aſclepiadis Syriacæ tractari poſſe, Gled. l. c. 1. Th. p. 246. ſqq.

Chenopodium Bonus Henricus Linn. *Chenopodium folio triangulari T.* Bon-Henry, Epinars ſauvage, Buono-Enrico, Engliſh Herbmercury, Algoeden Hendrich, Lamkens-oren, guter Heinrich, Schmerbel, ſtolzer Heinrich, wilder Spinat, Lämmerohren; floret Majo in ſaxoſis, ad vias & rivulos. Radix craſſa, fibroſa, ſublutea, nitroſæ terræ amans, acris, amara, folia inferius farinoſa, juniora, nec non turiones inſtar oleris aut aſparagorum cocta comedi poſſunt, Erhart. l. c. 2. B. p. 88. Vim refrigerantem, vulnerariam, humectantem, anodinam huic plantæ tribuunt Cl. Gouan. flor. monſpel. p. 397. & Bœcler in diſſert. de neglect. vegetab. remed. uſu. Argentor. 1732. p. 9. ſqq.

Chenopodium murale Linn. *pes anſerinus 1. Tabern.* χηνοπόδιον, Mauergänſefus, Gänſefusmelde; floret Auguſto in muris.

Chenopodium album Linn. *Chenopodium ſylveſtre folio ſinuato candicante*, weiſſer Gänſefus; Inveni menſe Septembri in cultis florens; olim Americanis uſu culinari venerunt folia. Kalm Reſa til Norra America. Stockholm. T. III. p. 90.

Chenopodium viride Linn. grüner Gänſefus; floret Junio ſponte in hortis.

Chenopodium Vulvaria Linn. *Chenopodium fœtidum T.* Arroche puante, Vulvaria, Stin-

king Orach, ſtinking Arrach, ſtinkende Melde, Mauzenkraut, Schamkraut, ſtinkende Melde; ad primos hortos portæ Hirſavienſis & in prima area caſtelli invenit Duvernoy. Singularis isque fortis, facile communicandus, difficulterque ſeparandus, plantæ fœtor; hinc virtus antihyſterica, ſive interne in decocto, ſive in tinctura ſpirituoſa, ſive in conſerva, ſive in clyſtere, ſive, auctore Cl. Sagar in ſyſtemate morborum ſymptomaticorum ſecundum claſſes, ordines & genera cum ſymptomatibus, in oleo deſtillato adhibeatur.

Chenopodium polyſpermum Linn. vielſamiger Gänſefuß; Auguſto & Septembri floret in ruderatis & vineis. Utriusque hujus poſterioris ſtamina irritabilia eſſe vidi; elaſtica obſervavit Perill. Haller: Omnium chenopodii ſpecierum, ſi vulvariam excipias, turiones inter olera referendi; folia porcos ſaginant. v. Act. acad. reg. Scient. Suec. Vol. XXIV. 1763. trim. 3. p. 249. ſqq.

Ulmus campeſtris Linn. Orme, Ormeau, Arbre aux pauvres hommes, Olmo, Πτελεια Διοσκοριδȣ, Elmtree, Feldulmbaum, Ulmbaum, Rüſter, Tirſa, Thirzæ Ebræorum; Majo in ſilvis floret. Arboris, facile transplantandæ, magnamque acquirentis altitudinem, modo rami tollantur, & cum ſuis varietatibus, etiam illa, quæ noſtratibus Iper, Ipernbaum, Effenbaum audit, ambulacris ornandis, cui uſui frequens in Anglia

glia adhibetur, & ſepibus altis ac denſis, in meliore paulo ſolo locisque liberioribus inſtruendis aptæ Gled. l. c. 2. p. 418. radices decoctas, hæmorrhagicis, hydropicis conducere, & urinam promovere alii; ad ſpiſſitudinem usque coctas, ſpiritui vini miſtas, & calide adplicatas dolores iſchiadicos lenire alii aſſerunt: lignum durum, ex flavo album, ſero putreſcens, ad rotarum axes, cardines, cochleas prelorum, volvulos linteorum, & opera ſculptilia aptiſſimum, carbone adhuc & cineribus utile: Folia, quæ juniora præſertim gratum pecoribus, & in annonæ caritate hominibus etiam cibum præbent, neque a bombycibus repudiantur, uti cortex, & veſiculæ in ſuperficie ipſorum elevatæ, ſuccum præbent, qui colatus præſtantiſſimum & cosmeticum & vulnerarium exhibet: Semina avibus amata, apibus funeſta Erhart. l. c. 5. B. p 132. medio Julii matura, ſicca tempeſtate colligi, auctumno, aut, quod melius, ſub finem Julii profunditate dimidii pollicis ſeri in ſolum arenoſum debent, per 4 — 5 menſes in terra remanentia; Schreb. Samml. verm. Schrift. 9. Th. p. 188. melius autem per ſurculos vel ramos propagari, qui apice ſuo reſina oblito, terræ committuntur, & frequenter humectantur. Gadd in Schreb. n. Cameralſchr. 2. Th.

Gentiana lutea Linn. Gentiane, Genziana, Γεντιανη, Gentian, Gentiaan, gelber Enzian,

zian, Genzian, Bitterwurzel; floret Julio & Auguſto in monte Rosberg, ſilvis Balingenſibus & ſilva nigra: amariſſima radix, ex qua alpicolæ ſpiritum ardentem parant, Erhart. l. c. 3. B. p. 173. Geſn. phytogr. ſ. g. p. p. 1. p. 19. aurei coloris, forma infuſi, vini, cereviſiæ, extracti exhibita, teſte multiplici experientia, febres vermesque fugat, ventriculum & inteſtina roborat, & mucum incidit.

Gentiana Pnevmonanthe Linn. Lungenblume; floret Auguſto & Septembri in montibus & pratis montanis.

Gentiana bavarica Linn. bayriſcher Enzian; floret Septembri in monte juxta viam, quæ ducit pedites Tubinga Entringam profecturos.

Gentiana Centaureum Linn. *Centaurium minus*, Petite Centaurée, fiel de terre, Centaurea piccola, fiel di terra, Κενταυριον μικρον, Leſſer Centaury, kleine Santorie, Duyſent-gulde-Kruyd; Tauſendguldenkraut, Erdgalle, Fieberkraut; floret a Julio in Septembrem usque in ſilvis, præſertim ſilva Burgholz, & Schwärzloch. Radix inſipida; flores & folia inodora, amariſſima, & recens infuſa, & ſiccata ſalubre pecoribus pabulum præbent, teſte Cl. Schreber in der Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 20. ſtomachica, aperientia, febrifuga, vermifuga; aqua deſtillata inutilis; extractum concentratas plantæ virtutes poſſidet.

Gen-

Gentiana ſpicata Linn. ährenförmiger Enzian; inveni menſe Auguſto in ſilva Schwärzloch floridam.

Gentiana Amarella Linn. *Gentiana anguſtifolia auctumnalis ramoſa;* bitterer Enzian; floret Auguſto & Septembri in ſilvis & montibus.

Gentiana ciliata Linn. *Gentiana anguſtifolia auctumnalis minor, floribus ad latera piloſis;* Himmelſtengel; floret Auguſto & Septembri in ſterilibus montoſis, & ſilvis, præſertim ſilva montis Blaſii.

Gentiana cruciata Linn. Gentiane croiſette, Gentiana crociata, Croſswort, Mugweed, kleyne Gentiaan, Creuzenzian, Creuzwurz, Madelgeer; floret Julio & Auguſto in montibus, præſertim prope montem Spizberg. Radix amariſſima incidit, aperit, & vermes fugat: Herba vulneraria eſt.

Eryngium campeſtre Linn. Panicaut, Chardon Roland, Chardon à cent têtes, Eringe, Ερυγγιον Διοσκοριδȣ, wild Eryngs, Kruysdiſtel, Feldmannstreu, Ellend, Radendiſtel, Brakendiſtel; floret Junio prope arcem Vaihingenſem. Gallis & noſtratibus officinalis radix, nonnullis eſculenta, efficacior plantæ pars, aliquantum acris, humores craſſos incidere perhibetur.

Eryngium amethyſtinum Linn Amethyſtfarbene Mannstreu; in regione Zabergovienſi inveniſſe ſe teſtatur Cl. Hiller.

Sani-

Sanicula europæa Linn. Sanicle commune, Sanicle mâle, Sanicula volgare, Sanicle, Sanikel, europäiſcher Sanikel; floret Junio & Julio in ſilva Bebenhuſana ante Herrengarten, & im kalten Büchlein, nec non in monte Balingenſi Schalksberg: Herba leniter adſtringit interno & externo uſu.

Sanicula foliis radicalibus compoſitis digitatis, foliolis inciſis ſerratis, floſculis omnibus ſeſſilibus: Floret Julio in monte Heuberg, ubi lectam miſit Cl. Ofterdinger. Caulis glaber, ſubnudus, ſubſimplex: Umbella terminalis; (adjecto interdum capitulo laterali pedunculato umbellulæ pedunculatæ, pedunculis inæqualibus, paucæ, capitulis interdum lateralibus oppoſitis adſidentibus; folia radicalia, numeroſa, conferta, glabra, ſplendentia, petiolata, foliolis ſæpe trilobis, folia caulina rara, digitata, ſeſſilia, mox infra umbellam lata, lobis linearibus.

Aſtrantia major Linn. Sanicle femelle, Sanicle des montagnes, Female Sanicle, groſe Aſtranz, weiblicher Sanikel, Meiſterwurz, ſchwarze Meiſterwurz; Radicem hujus plantæ alii purgare dicunt, mitius tamen helleboro, alii dubitant, alii obſtructionibus lienis opponunt.

Aſtrantia minor, kleine Aſtranz; floret utraque Julio in ſilva Blabyrenſi Tiefenthal, & in montibus Balingenſibus, Schalksberg, Lochenſtein & Heuberg.

Bupleu-

Bupleurum rotundifolium Linn. Perce-feuille annuelle, Bupleorum, Deurwas; Durchwachs, perfoliata officinar; in regione Zabergovienſi Cl Hiller, Julio in arvis Gomaringæ propinquis floridum ego inveni: Herba inter vulnerarias refertur.

Bupleurum longifolium Linn. Βουπλευρὸν, langblätterichtes Haſenöhrlein; floret Auguſtô in monte anatolico.

Bupleurum ranunculoides Linn. hahnen-fusartiges Haſenöhrlein; floret Julio & Auguſto ad viam Jeſingenſem, ad arcem Tubingenſem, & in reliquis montoſis.

Bupleurum rigidum Linn. *Bupleuron foliô rigido*; ſteifes Haſenöhrlein, utrinque ad limites vinearum in ſummo monte Spizberg invenit Duvernoy.

Tordylium latifolium Linn. breitblätterichtes Drehkraut; floret Julio in agris Seiſſenſibus præfecturæ Blabyrenſis. Umbella univerſalis ſæpius quinquefida; partiales inæquales: Semina ſetis hiſpida, margine non crenata nonne potius ad caucalidem referendam eſſe hanc plantam loquuntur?

Tordylium Anthriſcus Linn. Bettelläuſe, Klettenkörfel, Heckenkörfel, Schaffkörfel; floret Julio in dumetis Walthuſæ propinquis, in monte pone officinam tegularum ad arva propinqua ſilvæ Burgholz, & patibulo Tubingenſi, & ad viam Hirſavienſem: Planta tota aſpera: Caulis teres, ramoſus, ſubſtriatus, folioſus; ramis axillaribus alternis; foliis vaginantibus,

alternis, pinnatis, pinnis pinnatifidis, ſæpe ternis, duabus oppoſitis æqualibus, media longiore, cauli proprioribus ſubpetiolatis, oppoſitis remotis; ultimis tribus ſeſſilibus confluentibus; pinnulis inciſo-ſerratis ſubmucronatis: Umbellæ pedunculatæ terminales, involucro pentaphyllo, foliolis linearibus; umbellulæ quinæ aut octonæ involucello pentaphyllo, foliolis linearibus; floſculi rubentes: Juniora folia ovibus gratiſſima. Gled. l. c. 3. p. 362.

Caucalis grandiflora Linn. grosblumige Haſtdolde; floret Auguſto in arvis.

Caucalis involucro univerſali nullo, partiali dimidiato triphyllo: foliolis ſimplicibus linearibus, foliis triplicato-pinnatis; floret Majo in arvis. Radix lignoſa, conica, extus rubra, intus alba, ſapida: Caulis erectiuſculus, angulatus, hirtus, folioſus; foliis petiolatis ſubpiloſis, vaginantibus: Umbella univerſalis petiolata 3 aut 4 fida, ex vaginis piloſis nata: Corolla radiata; corollulæ partiales albæ, calice pentaphyllo, 4—8 in una Umbella: Umbellæ partiales pedunculatæ: Semina hiſpida.

Daucus Carota Linn. *Daucus Vulgaris Cluſii*, Chiroues, Carotte ſauvage, Carota, Σταφυλινος Δαυκος, wild Carrot, wilde Peen, Vogelneſt, wilde Möhre, Vogelneſt, Mohrrüben, wilde Mohrrüben; floret Junio & Julio ad margines agrorum. Variat & colore & magnitudine florum & hirſutie caulis ſum-

ſummi: Recens & nondum florida ſiccata junior planta aquoſa ſubdulcis, ſubaromatica pecoribus & grata & innoxia; defloratæ caules & ſemina exoſa. Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 28. Apium culturæ favere jam veteribus conſtitit. Gled. l. c. 2 p. 207. Radix dulcis, & nutriens kamtſchadalis edulis. Kraſcheninnikows Beſchreibung des Landes Kamtſchatka, überſ. durch Köhlern. Lemgo 1766. melleum ſuccum ſecundum experimenta Marcgrafiana & in annonæ caritate panem ſatis bonum præbet: Succus ejus expreſſus & inſpiſſatus, cujus virtutes legas in Crantz mat. med. & chirurg. T. 1. p. 23. externo uſu contuſæ radices non contemnendum contra cancrum remedium præbent. v. Sulzer in Roux Journal de Medecine &c. T. XXIV. 1766. p. 68. & Medical obſervations and inquiries. Vol. IV. 1771. art. 33. contra ulcera inveterata ibid. art. 14. interno etiam uſu in magnis ulceribus ib. art 15. Floſculus umbellæ medius colore amœne rubro tingit: Semen ſemine ſativæ varietatis acrius, aromaticum.

Daucus ſeminibus, petiolis, cauleque hiſpidiſſimis. Floret Julio in monte Schloßberg prope Roſinicinsberg. Caulis tripedalis, ramoſus, teres, ſtriatus, hiſpidiſſimus ſetis numeroſiſſimis rigidis albis. Folia ſubhirſuta, glauca, amplexicaulia, pinnata, pinnis oppoſitis remotis, cauli proximis pinnatis, reliquis laciniatis, pinnis laciniisque

 linea-

linearibus; vaginarum baſi hiſpida: Umbella terminalis radians circumvallata involucro conſtante foliolis pinnatifidis, pinnis ſubulatis, ſubhirſutis, utrinque membrana auctis; compoſita umbellis partialibus numeroſiſſimis, radiantibus, petiolatis: Involucrum partiale foliolis lineari-lanceolatis, novenis utplurimum, utrinque membrana auctis, unico intercedente uni-aut bidentato: Umbellularum floſculi numeroſi, medii ſteriles atro-rubri, reliqui albi, petiolati, fertiles. Germina hiſpida. An varietatis prioris?

Conium maculatum Linn. *Cicuta major*, Ciguë, Cicuta, Κωνειον, Hemlock, Scheerling, dulle Kervel, gefleckter Schierling, Schierling, Tollkörfel, Tollkraut, Wüterich; floret Junio & Julio in paſcuis, ſepibus, & ad aquas. Cujus qui deſcriptionem, & virtutes ſalutares legere deſiderat, adeat Ill. Anton. Stœrk libellum, quo demonſtratur, cicutam non ſolum uſu interno tutiſſime exhiberi, ſed & eſſe ſimul remedium valde utile in multis morbis, qui huc usque curatu impoſſibiles dicebantur. Vindobonæ. MDCCLX. Ejusd. Libellum ſecundum, quo confirmatur, cicutam non ſolum &c. Vindobonæ. MDCCLXI. Ejusd. Supplementum neceſſarium de cicuta. Vindobonæ. MDCCLXI. Ejusd. Libellum, quo continuantur experimenta & obſervationes circa nova ſua medicamenta. Vindob. MDCCLXV. in

in quo etiam exterorum obſervata recenſet: Imitati ſunt hæc pericula optimo cum ſucceſſu & Viennenſes Medici Clariſs. Quarin, Collin, Molinari, Leber, Locher, aliique, & exteri, præſertim Helveti Abhandlungen der naturforſch. Geſellſch. in Zürich. 2. B. 1764. p. 415. ſqq. & Angli; uti Fothergill in Medical Obſervations and Enquiries. Vol. III. 1767. p. 400. ſqq. Colebrook in Philoſophical Transactions Vol. LIII. London. 1764. nr. 48. p. 346. & Morris, ibid. Vol. LIV. 1764. nr. 32. p. 172. ſqq. & Galli, quales plures allegat Ehrhart in Diſſertat. de cicuta Argentorati 1763. habita; Renard in Roux Journal de Medecine, T. XXIII. 1765. p. 411. ſqq. Chemin, ibid. T. XXIV. 1766. p. 366. ſqq. Lottinger. ibid. T. XXIV. p. 235. du Puy de la Porcherie ibid. T. XXII. p. 219. Muteau de Roquemont ibid. T. XX. p. 554. Larrouture ibid. T. XX. p. 502. Bieshaav ibid. T. XVIII. menſe Majo nr. 8. Porté ib. T. XVII. p. 346. Decôtes Vandermonde Journal de Medecine &c. T. XVI. p. 35. Landette ibid. T. XV. p. 223. Aubrelique ib. T. XV. p. 129. Maupoint ibid. T. XIV. p. 509. Desmilleville ibid. T. XIV. p. 322. Marteau ibid. T. XIV. p. 121. Lallement ibid. T. XIII. p. 511. le Cat in Hauteſierk recueil d'Obſervations de medecines des Hôpitaux militaires T. I. Paris 1768. p. 388. ſqq. & Hiſpani v. Caſim. Gomezii Ortegæ Commentar. de cicuta. Madrit. 1763. & Itali, ut D. Anton. Maria Ripa-

 mon-

monti, Medico Milaneſe, Saggio degli effetti della cicuta. in Milano 1766. & Viventii de cicuta commentar. Neapoli. 1767. & varii denique quoque Germani: Adverſarium tamen mox invenerunt hæc conii maculati encomia in Perill de Haen, qui in epiſtola ad Cl. Tralles ſuam mentem explicat; Neque Angli quoque medici bono ſemper aut memorato ſaltim cum effectu hac planta uſi ſunt: v. Rutty in Medical Obſervations and Enquiries. Vol. III. London. 1767. p. 229. ſqq. Gibſon. ibidem Vol. IV. 1771. art. 14. Colebrook philoſoph. Transactions. Vol. LIV. art. 29. Gataker Eſſay on medical ſubjects. London. 1764 in introductione. Akenſide in Medical Transactions. Vol. I. 1768. London. nr 6 Brookes in the new and accurate Syſtem of natural Hiſtory. Vol VI London. 1763 & Auctor of the new Diſpenſatory p. 401 qui autem malæ potius extracti præparationi tribuit, neque negat, aliquando egregios præſtitiſſe effectus. Dubia quoque aut infauſta fuere interdum & Gallorum; uti Cl. Hazon in Roux Journal de Medecine T. XVII. p. 533. ſqq. & Cl. Agaſſon ibid. T. XVIII. p. 127 & Cl. Hayes ibid. p. 14. & Cl. Andry in quæſtione medica, an cancer ulceratus cicutam eludat? Paris. 1763. & Editoris anonymi aurei Tiſſotiani libri: Avis au peuple ſur la ſanté &c. à Lyon. p. 455. & Sueci Acrel in Täl om Nödvändigheten och formänen af de Chirurgiſka

Hand-

Handalagens. Stockholm. 1767. p. 40. & Itali Roſſi in Obſervationibus & experimentis de nonnullis plantis, quæ pro venenatis habentur Piſis. 1762. p. 15. qui cani magnam etiam ſucci doſin innoxiam eſſe deprehendit; & Belgarum, uti Haarii in Verhandeling oover de Natuur en Art van de Klierknoeſt en Kanker Gezwellen. Te Amſterd. 1761. Cl. Bikkeri in translatione libri Tiſſotiani ſub inſcriptione: Radgeeving voor de Gezondheid van den gemeenen Mann van Landlieden &c. in t' franſch geſchreven door den H. Tiſſot. Naar den tweden Druck vertaald, met Anteekeningen en invoegſelen vermeerderd, en verder naar de Geſteldheit van ons Land geſchikt. te Rotterdam 1764. p. 288. ſqq. & Cl. Rouppe in libro de morbis navigantium &c. Lugdb. 1764. p. 327. ſqq. & Germanorum medicorum Cl. Plenciz oper. phyſicomedic. T. I. Sect. II. p. 266. Cl. Ehrhart. l. c. ſub finem. Auctorum Comment. Lipſienſ. de rebus in ſcientia naturali & medic. geſtis. Vol. XVII. P. II. p. 302. Reismanni in diſſertat. de cicuta, & an ſit remedium cancri. Duisburgi ad Rhenum. MDCCLXIII. & Clar. Leidenfroſt ibid. p. 26. ſqq. & Cl. Langii in Diſſert. Dubia cicutæ vexata. Helmſtadii 1764. aut experimenta aut judicia: Sæpius tamen etiam cum aliis confuſa eſt: radix ſemper venenata eſt, totamque plantam ad venena ſtupefacientia refert Crantz. l. c. T. III. p. 44.

 Suc-

Succo ejus cum nucibus coſto talpas expelli poſſe Hamb. Magaz. 24. B. p. 217. Deleterios plantæ hujus effectus una cum analyſi chemica. v. Geoffroy mater. med. p. 324. ſqq.

Athamanta Cervaria Linn. *Oreoſelinum apii folio majus Tourn.* Grand perſil ſauvage, grand perſil des montagnes, Hirſchwurzel, groſſe Bergpeterſilie, ſchwarzer Enzian; Augusto in monte Spizberg, etiam in ſilvis Burgholz & montis Blaſii: Semen atque radix aromatica, & poſterior hippiatris uſitata.

Athamanta Oreoſelinum Linn. petit Perſil ſauvage, petit Perſil des montagnes, Ορεοσελινον, Bergpeterſilie, kleine Bergpeterſilie, Vielgut, Grundheil; floret eodem tempore in pratis montanis, præſertim Waldhuſanis. Tota planta, flores, folia, ſemina & radix aromatica; bina poſteriora efficaciora. v. Schmiedel diſſert. de oreoſelino. Erlangæ 1751.

Peucedanum officinale Linn. *germanicum*, Queuë de pourceau, Fenoüil de pourceau, Peucedane, Coda di Porco, Πευκεδανον Διοσκοριδȣ, Hogsfennel, Solforwort, Varkens Venkel, gewöhnlicher Haarſtrang, Sauſenchel, Schwefelwurz; in monte Spizberg invenit Duvernoy. Plantæ pecoribus inviſæ & ex pratis expellendæ, radix officinalis ingrato, quem ſulphuris ſolutiones ſpirant, odore, & unctuoſo, ſubamaro ſapore gaudet; ſucco reſinoſo-gummoſo plena, ſtimulat,

lat, incidit, muci pectoralis, urinæ, menſium & lochiorum excretionem promovet, in morbis nervorum olim multum celebrata; externo uſu vulneraria & mundificans; ſuccus ſternutationem ciet.

Laſerpitium latifolium Linn. *Laſerpitium foliis latioribus lobatis Moriſon.* Thapſie, faux Turbith, Λιβανωτις πλατυφυλλος μειζων, breitblätterichtes Laſerkraut; Julio in monte Balingenſi Schalksberg floridum invenit Cl. Oſterdinger, in extremis & ſummis ſcrobibus montis Spizberg Duvernoy. Radices ejus acres radicibus convolvuli turpethi nefarie ſubſtitui monet Chomel Abrégé de l'hiſtoire des plantes uſuelles. Edit. 4. Paris. 1731. p. 64.

Heracleum Sphondylium Linn. Falſe Bear's Breech, Σφονδυλιον Διοσκοριδȣ, teutſche Bärenklau, unächte Bärenklau, Bärenwurz, Heilkraut; floret Majo in pratis; Variat colore corollarum albo & rubello. Plantæ, quæ ob caulis duritiem & recens & ſiccata, paſcendo pecori inepta eſt, aut radices primo vere, quo folia prodeunt, effodiendæ, aut caulis digitum latum infra folia abſcindendus. Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 17. radix odoris ingrati, & ſaporis acris incidit, & aperit, alvum ducit decocta, in morbis hepatis, cerebri, uteri & nervorum commendatur; Caules dulces, cortice acri nudatos, comedunt Ruſſi Kamſchatkenſes. J. G. Gmelin flor. ſibir. licet alius

 plan-

plantæ, quam Breynius ſphondylium maximum tranſylvanicum ricini folio adpellat, eſſe, non ſine ratione ſuſpicetur Miller Philoſoph. Transactions. Vol. XLVIII. P. I. for the Year 1753. London. p. 153. 154 folia leporibus, & juniora, vix evoluta, ovibus etiam grata, a vaccis rejecta, niſi deficientibus aliis, emollientia, reſolventia, decocta alvum ducunt, & tamquam ſpecificum in plica polonica commendantur a Cartheuſer in diſſert. de branca urſina Germanor. Francof. ad Viadr. 1761. ex his & ſeminibus, quæ pari paſſu cum radicibus ambulant, in aqua coctis, fermento addito potum Porſt parant Poloni & Lithuani pauperes, ſpiritum ardentem mutata parandi methodo divites Erhart. l. c. 9. B. p. 171. ex petiolis ſolis foliorum radicalium Ruſſi Kamſchatkenſes. J. G. Gmelin l. c.

Liguſticum peloponneſiacum Linn. *Cicutaria latifolia fœtida*, Liebſtöckel vom Peloponnes. Inveniſſe ſe teſtatur Duvernoy, non memorato tamen loco natali.

Angelica ſilveſtris Linn. *Imperatoria archangelica dicta*, Angelique ſauvage, Angelica ſalvaggia, wild Angelica, wilde Angelica, Water-Angelica, Waldengelwurz, wilde Angelik, Wieſenangelik, Waſſerangelik, kleine Bruſtwurz, wilde Bruſtwurz; floret Auguſto in paludibus: Planta tota angelicæ ſativæ viribus medicatis proxime accedit, etſi debilior paulo: recens omni

peco-

pecorum generi grata, ſiccata ob rigidum caulem fœno inepta. Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 11. Flores frequentantur ab apibus.

Sium latifolium Linn. Watereype, breitblätterichter Waſſermerk, breitblätterichter Merk, Waſſereppich, Froſcheppich; floret Auguſto in humidis, in foſſa aquoſa ad viam Jeſingenſem, & ad eam, quæ ducit in villam Schwärzloch, poſita: Ante medium æſtatis effoſſa radix innocua, Auguſto incipiente effoſſa, pecora & pueros, alia in furorem egit, alia peremit, lacte epoto & vomitu excitato ſalvanda. v. Act. acad. reg. Scient. Suec. Vol. XI. 1750. trim. 4. art. 9. herbam tamen recentem, licet non amatam, innoxiam eſſe pecoribus Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 80.

Sium nodiflorum Linn. *Sium aquaticum ſ. paluſtre folio oblongo ſerrato*, an den Knoten blühender Waſſermerk, knotiger Merk, Scheibring, kleiner Waſſereppich; floret Auguſto & Septembri in foſſis aquoſis proximis portæ Hakthor, ad rivum Steinlach, & ad rivulum, Luſtnavienſia prata inundantem.

Sium Falcaria Linn. Sichelkraut; in regione Zabergovienſi obſervavit Cl. Hiller.

Aethuſa Cynapium Linn. Gleiſſe, kleiner Schierling, Hundspeterlein, Krötenpeterlein, tolle Peterſilie, faule Grete; floret Junio & Julio in ſepibus: Involucro univerſali nullo a conio, involucris partialibus dimidiatis

tri-

triphyllis a cicuta differt. Venenis accenſita planta in Gentleman's Magazine Vol. XXV. MDCCLV. p. 29. hominibus tamen non ſemper funeſta, pinguibus & emeticis domanda, animalibus nonnullis plane innoxia. Erhart. l. c. 7. B. p. 315. & Hiſtoire de la ſocieté royale des Sciences à Montpellier, à Lyon. 1766. T. I. p. 170. ſqq. viribus conio maculato accedit, quamvis debilior.

Coriandrum ſativum Linn. Coriandre, Coriandola, Κοριον, Κοριαννον Διοσκοριδȣ, Coriander, (Angl. & Belg.) Collander, zahmer Coriander, Schwindelkörner; floret Junio ad margines agrorum montoſorum, præſertim viæ Jeſingenſi adjacentium; Plantæ, cimicum ingrato odore nares ferientis, foliis Aegyptii pro condimento utuntur; flores ceræ violaceæ materiam ſuppeditant apibus. Hagſtroem l. c. p. 10. ſemina, quæ recentia ingratiſſimo eoque viroſo odore incommodant, paulo vetuſtiora aromatica ſubdulcia acriuſcula carminativa, ſtomachica condiendis carnibus & pani adhibentur: Ejus ad talpas rattosque aquaticos pellendos uſum v. Act. acad. reg. Sc. Suec. Vol. XXII. 1762. trim. 1. n. 9.

Scandix Pecten Veneris Linn. Nadelkörbel; in regione Zabergovienſi obſervavit Cl. Hiller; Majo floridam ad agros viæ Tubinga Reutlingam ducenti adjacentes ego.

Chærophyllum ſilveſtre Linn. Cerfeuil ſauvage, wilder Kälberkropf, wilder Körbel, Schee=

Scheere; floret Aprili & Majo in pratis frequens: A conio involucro univerſali nullo; ab æthuſa involucro partiali pentaphyllo; a chærophyllo temulo & hirſuto caule lævi differt. Plantæ, quam levis aromaticus odor non inertem eſſe loquitur, vaccis noſtris innoxiæ, Kamtſchadalis in uſu culinari adhibitæ Kraſcheninnikow l. c. radix boves ſibiricos necat. J. G. Gmelin Flor. Sibir. T. I. p. 211. flores fila viridi colore tingunt: v. Abhandl. der kön. ſchwed. Akad. der Wiſſ. 1742. 1. Viertelj. 6. St. & parciſſimam mellis meſſem apibus præbent. Hagſtrœm pan apum. Stockholm 1768. p. 5.

Chærophyllum hirſutum Linn. zotiger Kälberkropf; floret Majo in monte Schloßberg. Differt a temulo caule æquali.

Paſtinaca ſativa Linn. *ſilveſtris latifolia*, Panais, Paſtenade, Paſtinaca, Ελαφόβοσκὸν Διοσκορίδȣ, wild Parſneps, wilde Paſtinake, Paſtinak; floret Julio & Auguſto in montibus, & ad Ameram, in via, quæ ducit a porta Schmidthor ad portam Hakthor. Tota planta aromatica, pratis noxia, a nullo pecorum genere tangitur, ſecundo anno, antequam ſemina matureſcant, poſt diuturnam pluviam eradicanda; radix nutriens, farinaceis adſcripta a Cl. Scheuchzer. l. c. p. 5. ſaccharum ſolidum ſuppeditavit, ſed paucum Cel. Marcgrafio, chymiſche Schrift. 2. Th. p. 85. plantæ in hortis cultæ culinis uſitatæ: Caules emolliti gratam eſcam præbent,

bent, aqua ſervida adfuſa potum acidum pro pauperibus; tenera folia Ruſſis pro olere ſunt: Semina aromatica, carminativa, diuretica.

Anethum graveolens Linn. Aneth, Aneto, Ἄνηθον, Dill, Dïll, riechender Dill, gemeiner Dill, gemeines Dillkraut: Inveni Julio ad viam Hirſavienſem floridum. Viribus medicatis cum ſequente convenit. Semina pyrrhulæ venenoſa.

Anethum Fœniculum Linn. *Fœniculum vulgare*, Fenoüil commune, Finocchio volgare, Μάραθρον, Common Fennel, Venckel, Fenchel, Fönchel; ad muros viæ Hirſavienſis circa primum torcular invenit Duvernoy. Videtur ex hortis aut vinetis ſemen eo deveniſſe: Apibus gratiſſima planta odoris ſaporisque aromatici, dulcis; hinc ſtomachica, carminativa, paululum calefaciens: Radix perennis inter quinque aperientes majores, uti ſemina maxime aromatica, diuretica, & in morbis pectoris oculorumque præcipue commendata, & variis condimentis inſervientia, inter ſemina quatuor calida majora referuntur: Herba, in qua nitrum invenit Ill. Gaubius, cucumeribus condiendis a noſtratibus adhibetur: Germinibus, antequam cauleſcant, una cum ſuprema radicis parte oleo & pipere additis, in ſecundis menſis utuntur Itali & Narbonenſes Galli: Plantationem ejus v. Erhart. l. c. 11. B. p. 57. ſqq.

Carum

Carum Carvi Linn. Carvi, Comino di prato, Καρος Διοσκοριδυ, Caraway, Caruwey, Kümmel, gemeiner Kümmel, wilder Kümmel, Feldkümmel, Wegkümmel, Wieſenkümmel, Mattenkümmel, Speiſenkümmel, Fiſchkümmel, Garbe, Carbe, Carve; floret Aprili, Majo & Junio in pratis. Involucro monophyllo a reliquis diſtinguendæ, porcis quæſitæ, in pratis amatæ, ſponte ſe exſerentis, & gratæ pecoribus ſalubrisque plantæ Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 19. radix aromatica, aceto, aat ſaccharo, melle & muſto condita ab aliis comeditur, aliis vinum præbet. Gled. l. c. 2. p. 384. turiones & folia in nonnullis regionibus cocta aut aceto condita eſitantur. Erhart. l. c. 6. B. p. 137. flores ceræ materiam præbent apibus. Gled. l. m. c. p. 163 ſemina aromatica, acria, quorum bonitas ex magnitudine, gratia ſaporis, & copia olei determinanda. Gled. l. m. c. p. 387. carminativa, ſtomachica quotidiano in culinis uſu veniunt. Modum plantandi videas in den Abhandl. d. königl. ſchwed. Akad. d. Wiſſ. 1744. 4. Viertelj. 1. St. & Gled. l. m. c. p. 376 — 394.

Pimpinella ſaxifraga Linn. *Tragoſelinum minus; & majus umbella candida*, Steinpeterlein, Bourage, Perſil de bouc, Pimpinella bianca, Burnet ſaxifrage, kleyne Steenbreek, Steinpimpinelle, Bibernell; floret a Julio in Septembrem uſque in montoſis: Var. γ præſertim inter ſaxa ſilvæ Blabyren-

ſis

ſis Tieſenthal: Plantæ in pratis bonæ & ſalubris, quæ reliquo pabulo permiſta, & à lue præcavere, & lac augere pecoribus, & cancrum equorum ſanare dicitur Erhart. l. c. 8. B. p. 185. ſqq. radix recens ſucco cærulei coloris referto, qui in ſpiritum ardendentem tranſit, odorata, ſaporis ſatis grati, calidi, mordacis, quem cum ſpiritu vini communicat, viribus mucum reſolventibus, detergentibus, ſtomachicis, diureticis, diaphoreticis celebris, in expellendis ex corpore mercurii reliquiis, commendata; herba junior modice acris, balſamica & aromatica Gled. l. c. 3. p. 362. in acetariis comeſta, acorem vinorum mitigare dicitur. Erhart. l. m. c.

Aegopodium Podagraria Linn. Herbe de Gerard, Geisfus, Geisfüſel, Hinfus, Gerſch, Gierſch, Strenzel, Gerhardskraut, Zipperleinskraut, kleine wilde Angelik; floret Majo & Junio in pratis & ſepibus. Involucro nullo, ſeminibus gibbis ſtriatis, floſculis fertilibus a reliquis differt. Folia ſuibus ſaginandis aptiſſima. v. Act. acad. reg. Scient. Suec. Vol XXIV. 1763 trim. 3. p. 249. recentia bonum etiam bovillo generi & caprillo pabulum præbent, præſertim cum tam facile renaſcantur, Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 10. juniora tenera, mollia, vix evoluta ovibus. Gled. l. c 3 p. 302. tunc etiam oleri apta: Planta ob luxuriantes nimis radices, quæ reliquas ſtirpes ſuppri-

primunt, pratis noxia. Schreb. Sammlung verm. Schr. l. m. c.

TRIGYNIA.

Viburnum Lantana Linn. Viorne, Hardeau, Bourdaine blanche, gemeiner Meelbaum, kleiner Meelbaum, Schlingbaum, Holderhetteln, Schiesbeere; floret Majo in ſepibus. Folia & baccæ refrigerant & adſtringunt.

Viburnum Opulus Linn. *Opulus Ruellii*, Sureau aquatique, Sambuco delle acque, θραυπαλὸς, Waterelder, Water-Vlier, Wäſſerholunder, Hirſchholder, roth Schiesbeerholz, Calinichen, Caninichenbeere, Callinkenbeere, wilde Schneeballen; floret Majo & Junio in ſepibus, inprimis montis anatolici, & in ſilva Luſtnavienſi. Rami ſtriati; folia inæqualiter lobata ſerrata, corollulæ radii corollulis diſci ſextuplo majores, quinquefidæ, piſtillo & ſeminibus deſtitutæ; corollulæ diſci ſubtubulatæ, limbi laciniis retroflexis, ſtaminibus corollis duplo longioribus albis; antheris pallide ſulphureis; piſtillo breviſſimo: Sepibus denſioribus inepta ſtirps Gled. l. c. 2. p. 413. ob inamœnum florum odorem, & inſecta, quæ attrahit, in hortis ingrata, ad exſiccandas paludes, conficiendosque in ſilvis aggeres commendatur a Cl. Gleditſch l. c. 3. p. 395. flores mellis & ceræ materiem præbent apibus. Gled. l. c. 2. p. 165. baccæ avibus, præſertim tetraonibus pabulo inſerviunt.

Sambucus Ebulus Linn. Yeble, Ebolo, *Χαμαιακτη Διοσκοριδȣ*, Dwarf-Elder, Danewort, wilde Vlier, Hadik, Attich; floret Julio in ſilvis: Ovibus intactæ & amariſſimæ plantæ turiones, folia, ſemina, baccæ, radix, & præſertim ejus cortex alvum valide ducunt, ſed inæqualiter & incongrue agunt; folia & cortex etiam externe ſcopo diſcutiente, anodino, commendantur; rob baccarum & flores cum rob & floribus ſambuci nigræ viribus conveniunt: Folia mures pellere, baccas violaceo colore tingere Linnæus fl. ſuec. n. 266.

Sambucus nigra Linn. Sureau, Suzeau, Sambuco, *Ακτη Διοσκοριδȣ*, Common black berried Alder, Vlier, ſchwarzer Hollunder, Holder, Fliederbaum, Fliederſtrauch, Schibiken, Zibken, Quebeken; floret Junio in ſepibus. Narcoticæ ſtirpis, ſepibus in ſolo arido plantandis idoneæ, quarum rationem tradit Schreb. Samml. verm. Schr. 7. Th. p. 194. denſioribus tamen ineptæ Gled. l. c. 2. p. 413. cortex exterior adſtringens, medianus, folia amara, flores leniter odorati, & baccæ ſubdulces, pullis gallinaceis lethales, uſu medico celebria ſunt: foliorum & turionum decoctum, nec non vinoſum radicis infuſum in hydrope jam Hippocratis temporibus celebratum fuit; flores recentes, gemmæ inſtar acetarii aſſumtæ, cortex medianus trunci varia ſub forma, alvum laxant, & aquam expellunt; poſterior cum

aqua

aqua decoctus urinam ſudoremque movet & reſolvit, caute tamen adhibenda omnia; flores ſiccati, rob, ſpiritus ſudorem excitant; externe etiam vario modo adhibitæ partes ſambuci diſcutiunt, dolores leniunt, tranſpirationem augent: Semina vermes fugant atque enecant.

Alſine media Linn. Hünerdarm, Vogelskraut, Morgeline, Mouron, Alſina, Pavarina, Ἀλσίνη, Chikweed, Hoenderbeet, Muur, gemeiner Hünerdarm, gemeines Vogelkraut, Meier, Miere, Vogelmeier, kleiner Vogelmeier; floret a Februario ad Aprilem usque ad muros viasque & in hortis: Frequentiſſima & fertiliſſima in hortis plantula non poteſt inde expelli, niſi abſciſſis, antequam ſemina matureſcant, cauliculis: fringillis, præſertim canarienſibus, cancris, pullis, paſſeribus gratiſſimus cibus: Recens contuſa planta externe in inflammationibus & vulneribus; ſuccus aut herba inſtar oleris cocta, aut decocta interno uſu in phthiſi, hæmoptyſi, & ea ſcabiei ſpecie commendatur, quæ ſpiſſitudini humorum natales ſuos debet. Erhart. l. c. p. 1. p. 222. nutrire etiam alii contendunt. Flores ſæpius inviſuntur ab apibus.

TETRAGYNIA.

Parnaſſia paluſtris Linn. Einblatt, Sumpfeinblatt, Leberblume, Waſſerleberblümlein, weiſſe Herrenblümlein, weiſſe Herzblümlein;

 floret

floret Auguſto & Septembri in pratis Waldhuſanis. Decocto radicum, & ſucco foliorum expreſſo vis ophthalmica tribuitur; flores mel præbent apibus. Gled. l. c. 2. p. 197. Semina urinam pellere feruntur.

PENTAGYNIA.

Linum tenuifolium Linn. dünnblätterichter Lein; in regione Zabergovienſi Cl. Hiller; Julio in collibus juxta viam, quæ Vaihinga Enſingam ducit, poſitis floridum ego deprehendi.

Linum catharticum Linn. *Linum pratenſe floſculis exiguis*, Lin ſauvage purgatif, Lino purgativo, *Λινον καϑαρτικον*, Purging flax, Millmountain, wild Vlas, Purgeer-vlas, Purgierflachs, Purgierlein; floret Majo, Junio & Julio in pratis, inprimis montoſis, ſepibus, ſilvis, montibus, præſertim in dumetis propinquis patibulo Tubingenſi, juxta viam Mayringenſem, & proximis Schlöß-lein: Planta tenella, glabra, ultra 8. pollices haud alta, caulibus erectis tenuibus; floribus pedunculatis axillaribus parvis; foliis ſeſſilibus, amaris, rariſſime alternis; plantulæ hujus amariuſculæ exſiccatæ drachma, aut infuſus cum aqua manipulus abſque moleſtia alvum ducit.

Linum Radiola Linn. kleiner Lein; floret Majo in arvis proximis ſilvæ Burgholz.

Droſera rotundifolia Linn. Roſée du Soleil, Herbe de la Roſée, Herbe de la goute,

te, rundblätterichter Sonnenthau, Gideon; floret Junio in paludibus vicinis Roſek, juxta viam, quæ ducit Tubingam. Alchimico & magico uſu famoſa, ovibus venenata, quæ a locis ea infectis arcendæ ſunt, acris rodens planta, in variis tamen morbis varia ſub forma commendata, obſervante id Cl. Borlaſe natural hiſtory of Cornwall. Oxford 1758. p. 220 noxias ſuas vires vermibus ex faſciolæ genere, radici ejus copioſe adhærentibus debet; & teſte Heidegger l. c ſubjacentem ſibi ſæpius habet turfam. Arida folia liquores igneo colore tingunt.

HEXANDRIA.

Levcojum vernum Linn. Perce-neige, Violette de Fevrier, Violette de la Chandeleur, Violier bulbeux, Campane blanche, Baguenaude d'hiver, Baguenaude de printems, Schneeglöklein, Merzenglöklein, Merzblume, Frühlingsknotenblume, weiſſer Veiel, Sommerthürlein; floret Aprili in paſcuis pratisque humidis: Radix mucoſa iners, leniter emetica eſt, externo uſu emollit, & diſcutit; flores cum vino cocti in pleuritide commendantur.

Allium rotundum Linn. rundlichter Knoblauch; floret Junio menſe ad foſſas viæ ducentis in ſilvam Burgholz.

Allium carinatum Linn. Knoblauch mit einer Rükenſchärfe, Bergknoblauch; vidi Auguſto in montibus juxta viam Hirſavienſem floridum.

Al-

Allium vineale Linn. Weinbergsknoblauch, Hundelauch, Feldlauch, rother Feldknoblauch; in regione Zabergovienſi obſervavit Cl. Hiller. Bulbilli ejus panem aliquo ſapore, ſed ſingulari etiam virtute imbuunt.

Allium oleraceum Linn. *Cepa juncifolia flore exalbido*, Kohlknoblauch; Auguſto initio montis Spizberg & in progreſſu in dumetis vidit Duvernoy.

Allium urſinum Linn. Ramſel, Lachenknoblauch; floret Majo in ſilva Bebenhuſana, ad rivulum Bebenhuſanum Holdersbach, & ad ſepes pagi Weilheim prope Balingam: Viribus medicatis proxime accedit ad teucrium ſcordium, cujus loco a nonnullis ſubſtituitur, Kamtſchadalis & in cibo & adverſus ſcorbutum exhibitum. Kraſcheninnikows Beſchr. des Landes Kamtſchatka, überſezt durch Köhlern. Lemgo 1766. p. 108.

Lilium Martagon Linn. *Lilium floribus reflexis montanum flore rubente*; Martagone, türkiſcher Bund, wilder türkiſcher Bund, Kappenhütlein, rothe Berglilien, falſche Goldwurzel. In monte Spizberg vidit Duvernoy; in ſilva Burgholz, & in ſepibus Roſekenſibus; Julio in montibus Balingenſibus Schalksberg & Lochenſtein ego. Flores multum materiæ ceraceæ præbent apibus. Gled. l. c. 2. p. 167.

Ornithogalum luteum Linn. Ορνιθογαλον ξανθον μειζον, gelbe Vogelmilch, Akerzwiebel, Feldzwiebel; floret Martio & Aprili in

ſepi-

ſepibus.umbroſis, pratis & ſponte in hortis: Radices hujus & ſequentis eſculentæ ſunt.

Ornithogalum minimum Linn. kleine Vogelmilch; floret eodem tempore ibidem.

Aſphodelus ramoſus Linn. äſtiger Aſſodill; floret Majo in ſilva proxima monti Blaſii. Veteribus caules ſub cineribus aſſati, nec non radices & ſemina oleo & ſale condita uſu venerunt culinari.

Anthericum ramoſum Linn. äſtige Zaunblume, äſtiges Spinnenkraut, Sandgrasgilgen, kleinblumiger weiſſer Wiederthon; floret iisdem cum ſequente & locis & menſibus, paulo tamen ſerius, etiam in ſilva Burgholz frequens.

Anthericum Liliago Linn. *Phalangium non ramoſum*, Φαλαγγιον Διοσκοριδȣ, Φαλαγγιτης Γαληνου, Lilienzaunblume, Erdſpinnenkraut, Sandlilien, groſer weiſſer Wiederthon; floret Junio & Julio in ſilvis, in monte Spizberg, juxta viam montanam eo ducentem, inter media ſaxa. Odor plantæ nullus; radix fibroſa, profunda; caulis unicus, ad cujus baſin folia plurima lineari-lanceolata, longa, canaliculata, glabra; vaginatus, tripedalis; flores terminales, alterni, pedunculati, erecti, bracteis inſtructi, albi, laciniis ſex longis.

Anthericum calyculatum Linn. Kelchzaunblume, unächtes Beinbrechgras, Goldwurzel von Lancaſhire; Julio in ſilva circa pagum

Mezingen im Gay, & in monte Heuberg Cl. Oſterdinger, Auguſto in ſilvis Memmingenſibus florens deprehendit Erhart. l. c. Animalium eo utentium oſſa præter naturam molleſcere, fert opinio, ovibus illud non tangi Pan Suecus.

Aſparagus officinalis Linn. Aſperge ſauvage, Sparago ſalvaggio, Ασπαραγος πετραιος, wild Aſparagus, Aſpergies, Corael-Kruyd, wilde Spargen; floret Majo & Junio ad rivulum viæ Reutlingenſis, in monte Schloßberg, & in collibus juxta viam Hirſavienſem poſitis. Turiones, culinis notiſſimi, varie præparati, baccæ & radices, aperientibus adſcriptæ urinæ excretionem promovent; ex floribus mella legunt apes.

Convallaria majalis Linn. *Lilium convallium album*; Muguet, Lis des vallées, Giglio di convalli, Maylily, Lily of the Valley, Zegeltjes, Lelietjes van den Dale, Mayenzaufen, Mayblümlein; floret Majo & Junio in ſilvis: Radix amara, inodora, in pulverem contuſa lenem ſternutationem excitat, Numedalis, uti folia, veſtes pulchro flavo colore tincturis, uſitata; Gunner l. c. T. I. p. 179 folia ſaporis herbacei; flores amaricantes, ſuaviſſime odorati, ex principio, quod & oleis expreſſis, & aquæ, & ſpiritui ardenti, & aceto impertiuntur, recentes ſumme cardiaci nervini; ſiccati ſcopo ſternutatorio exhibentur; oleum eſſentiale inde obtineri non poteſt: Baccæ amaricant.

Con-

Convallaria Polygonatum Linn. *Polygonatum latifolium minus flore majore;* Sceau de Salomon, Sigillo di Salomone, Πολυγονατὸν Διοσκορίδȣ, Solomons Seal, Salomons Segel, Weißwurz, groſe Weißwurzel, Schminkwurzel, Salomonsſiegel; floret Majo in ſilva Blabyrenſi Tiefenthal. Radix dulcis, ſubacris, mucilaginoſa, recens errhina, & ſialagoga, amylo etiam parando idonea, &. uti ſequens, panem ſuccedaneum præbens, in prolapſibus, herniis, contuſionibus, & externo uſu ſcopo coſmetico, forma ſucci expreſſi, Ruſſis etiam feminis, Kraſcheninnikow flora ingrica. Petropoli 1761. vulnerario & morbis cutaneis medendi celebrata: Turiones hujus, ut ſequentis, Conſtantinopoli aſparagorum ad inſtar comeduntur: Folia recentia errhina, & ſialogoga ſunt. Erhart. l. c. 5 B. p. 55 flores odorati, apibus quæſiti. Gled. l. c. 2. p. 154. quatuordecim aut quindecim baccas vomitum ciere, Schrœder auctor eſt.

Convallaria multiflora Linn. vielblumige Mayblume, gemeine Weißwurz. Floret Majo & Junio in ſilvis Tubingenſibus, Luſtnavienſi, Burgholz & montis Spizberg, & Balingenſis montis Schalksberg; hanc una cum priore farinaceorum tribui addit Cl. Scheuchzer l. c. p. 5. flores grate & ſolide odorati, apibus quæſiti. Gled. l. c. 2. p. 154.

Convallaria bifolia Linn. zweyblätterichte Mayenblumen, kleine Mayenblümlein; floret

Majo & Junio in ſilvis Bebenhuſana, Burgholz, balnei Blaſii, in monte Balingenſi Schalcksberg, & in ſepibus pagi Weilheim prape Balingam: Flores grate & temperate odorati mellis materiem præbent apibus. Gled. l. c. 2. p. 154.

Hyacinthus botryoides Linn. Hyacinthe en raiſin, Υακινθος βοτρυοιδης, Traubenhyacinth; floret Junio in monte Heuberg inter Bettingen & Wehingen.

Acorus Calamus Linn. Acorus, Acoro, Ακορον, Sweet-ſcented Flag, Calmoes, welriekend Lis, gemeiner Calmus; in foſſis paludoſis circa Reutlingam invenit Cl. Weinmann l. c. p. 9. Radix acris, aromatica, paulo vetuſtior, gratius odorata, ſtomachica, incidens, ſtimulans, ſaccharo condita in officinis aſſervatur; folia etiam trita odorem fortem aromaticum ſpirant.

Juncus conglomeratus Linn. *Juncus panicula non ſparſa*, Binſen mit zuſamen gedrungenen Blüthen, glatte rundköpfige Binſen; floret Junio & Julio in ſilva Bebenhuſana Jordan, & in humidis viæ, quæ ducit pede Tubinga Entringam profecturos: Hujus medulla alba Auguſto & Septembri collecta, eaque copia in faſciculos colligata, qua opus eſt, & ſicca, viridique cortice deſtituta filis in lampadibus & candelis ſubſtitui poteſt. v. Abhandl. der kön. ſchwed. Akad. der Wiſſ. 1743. 2. Viertelj. Plantam hanc levem ſubjectæ turfæ ſuſpicionem exhibere. Heidegger l. c.

Jun-

Juncus effuſus *α* Linn. flatterichte Binſen, glatte Binſen, Semſen mit dünnen Sträuſen; floret Majo, Junio & Julio in paludoſis montium, præſertim Spizberg & Schloßberg. Eſt & hujus varietas

Juncus effuſus *β* Linn. *Juncus lævis panicula ſparſa major*, flatterichte Binſen, Binſen, Simſen, Ruſh, Bulruſh; floret a Majo ad Septembrem in ſilvarum, præſertim Bebenhuſanæ paludibus. Corollæ fuſcæ; ſtigmata tria: Etiam hunc ſubjectam ſibi ſæpius habere turfam Heidegger l. c.

Juncus trifidus Linn. dreyſpaltige Binſen; floret Junio in paludibus propinquis Roſek.

Juncus articulatus Linn. *Juncus nemoroſus folio articuloſo T.* gegliederte Binſen; floret Junio, Julio & Auguſto in paludibus, præcipue propinquis monti Spizberg, juxta viam trans montem Schloßberg eo ducentem; inter viam Kilchbergenſem & ambulacrum groſer Wörth; juxta viam in regionem Viehwaide ducentem, & in paludibus montis anatolici.

Juncus bulboſus Linn. knollige Binſen, kleine Sommerbinſe mit runden Samenhülſen; floret Julio, Auguſto & Septembri in humidis montis proximi Bebenhuſæ Herrengarten & paludibus montis Schloßberg.

Juncus bufonius Linn. Krötenbinſen, niedriges liegendes Krötengras; floret a Junio in Septembrem usque ad prata & agros, & in paludibus proximis monti Spizberg juxta

viam

viam trans montem Schloßberg eo ducentem. Junior planta dulcis & tenera.

Juncus piloſus Linn. harige Binſen, Waldkrötengras; floret Majo & Junio frequentiſſimus in ſilvis, præcipue Luſtnavienſi. Spicæ ruſæ: obſtruit.

Juncus niveus Linn. ſchneeweiſſe Binſen; floret Majo & Junio in ſilvis, præſertim Bebenhuſanis, Luſtnavienſi & pone patibulum Tubingenſe poſita: Maxime adfinis piloſo: Culmus teres, glaber, ſæpe pedalis; folia longa, vaginantia, ad marginem pilis longis obſita, corymbi terminales & axillares, pedunculati, pedunculis exteriorum faſciculorum longioribus; petalis rubellis aut niveis.

Juncus campeſtris, *Juncus villoſus, capitulis pſyllii T.* Feldbinſen, falſches hariges Cypergras; floret Auguſto in montanis paludoſis. Inter primas, quibus oves veſcuntur, ſtirpes. Gled. l. c. 1. p. 300.

Berberis vulgaris Linn. *Berberis dumetorum*, Epine-vinette, Οξυακανθα Γαληνου, Barberry, Berberiſſe-boom, Pipperidgebuſh, Erbshofen, Weinnägelein, Weinſchierling, Weinſchädling, Erbſel, Berbisbeere, Reiſelbeere, gemeine Berberizenſtaude, Eſſigdorn, Saurach, Sauerdorn, gemeiner Sauerdorn; floret Majo & Junio in ſilvis & ſepibus. Radicis amaræ & adſtringentis, recens, bene purgatus & integer cortex cum aqua & filis laneis aut pannis coctus, & ſic ali-

aliquandiu relictus hæc grato flavore tingit. v. Abh. der ſchw. Geſ. d. Wiſſ. 1745. 4. Brtlj. Cortex Polonis ad tingenda coria, Saffian dicta, uſitatus; medianus flavus amarus, tinctoribus etiam gratus, cum aqua infuſus collutorium oris eximium adſtringens, cum vino purgans remedium præbere: Aqua auctumno ex fructu, vere ex foliis & floribus destillata mirifice temperare dicitur: Cortex exterior trunci cinereus eſt: Florum ſingulari plane odore imbutorum filamenta ad baſin latere piſtillum reſpiciente cultelli apice irritata piſtillum verſus moventur, iterumque recedunt. Succus baccarum acidus, larga copia ſalis eſſentialis donatus, refrigerans, temperans, putredini reſiſtens, ſucco citri ſi non ſuperior, tamen & gratia & viribus æqualis; ſpiritui ardenti inde parando aptus cum aceto aut alumine etiam pigmentum rubrum præbet. v. Weinmanni faſciculum plantarum patriæ urbi vicinarum, ſponte creſcentium, cultarumque &c. Tubingæ 1764. p. 10. Lignum fabris lignariis expetitum: Foliorum decoctum in dentium vacillatione ſuadet Ill. Haller. in hiſtor. ſtirp. Helvet.

TRIGYNIA.

Rumex criſpus Linn. *Lapathum folio acuto criſpo*, Patience ſauvage friſée, Υδρολαπαθον μικρον, wild curled Dock, krauſer Ampfer, krausblätterichter Mengel, Grindwurz, Men-

Mengelwurz, Krötenblätter; floret Majo & Junio in ruderatis, ad vineas, aquas, & foſſas aquoſas. Radix amara, ſubadſtringens, Lutetiis radici rumicis alpini ſæpe ſubſtituta, cum ſummitatibus ſeminiferis coriis parandis apta Gled. l. c. 1. p 20. e pratis evellenda Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 48. & recens contuſa, externe, & decocta interne in ſcabie & ictero Norwegis uſitata; Gunner l. c. p. 35. Caulis interdum cubitalis, ſtriatus, procumbens, ſucculentus; folia ſubacida juniora, uti acuti, oleri apta, adultiora tenacia, pecoribus inviſa Schreb. l. c. p. 48. Americanis olim inter olera relata. Kalm. Reſa til Norra-America. Stockholm. T. III. p. 90. racemi florum inferiores terni, aut gemini, ſuperiores ſolitarii, alterni; flores in racemis verticillati, pedunculati, verticillis ſingulis folio inſtructis: Semina hujus & acuti ſiccata panem præbent, hinc utrumque cum aquatico cerealibus ſubjungendum eſſe cenſet Cl. Scheuchzer. l. c. p. 3.

Rumex acutus Linn. gemeine Grindwurz, Hungerkraut, Patientie-wortel, wilde Patig!, Dock with long narrow ſharp-pointed Leaves, Οξυλαπαθον Διοσκοριδυ, Parelle, Patience ſauvage ordinaire; floret Junio, Julio & Auguſto ad vias, rivulos, foſſas, & in cultis. Radix tinctoribus etiam utiliſſima, teſte Erhart. l. c. 4. B. p. 15. flavo & viridi colore tingens v. Selecta œconom. phyſic.

ſic. 1. B. 6. St. Stuttgart 1752. p. 508. externo & interno uſu in morbis cutaneis, ſcorbuticis, viſcerum alvique obſtructionibus varia ſub forma commendatur; herba alvum emollire, ſemen alvi fluxus ſiſtere fertur.

Rumex obtuſifolius Linn Grindwurz mit ſtumpfen Blättern; floret Auguſto in humidis.

Rumex Acetoſa Linn. *Acetoſa pratenſis*, Ozeille, Agretta, Ὀξαλίς, Sorrel, Suuring, Säurling, Sauerampfer; Plantæ ab omni pecorum genere & amatæ & quæſitæ, ſ. Gleditſch. l. c. 1. Th. p. 314. Grœnlandis in ſcorbuto ſacræ, radix junior coriis parandis apta, Gleditſchio teſte ibid. p. 20. ſemina a Careliæ incolis pani conficiendo adhibentur. Abh. d. kön. ſchwed. Akad. der Wiſſ. 1745. 3. Vrtlj. cruda folia comeduntur a noſtratibus, aut juſculis incoquuntur: Herba ex principio ſalis acidi eſſentialis multæ aquæ miſti, temperat & putredini reſiſtit: Conſerva ex foliis recentibus parata ex optimis ejusmodi remediis eſt: Cum principium agens indolis fixæ ſit, reliqua ejus educta volatilia jure merito inertiæ damnat Cranzius mater. med. & chir. Vienn. MDCCLXII. T. I. p. 14.

Rumex Acetoſella Linn. Schafampfer, Ackerſauerampfer, kleiner Feldampfer; in pratis noſtris priori etiam frequentior, foliis lanceolato-haſtatis ab ea diverſa, ceteroquin tam florendi tempore, quam viribus

&

& virtutibus conveniens, ovibus & grata & proficua: Caulis & femineæ & maſculæ plantæ ſeſquipedalis, ſtriatus; femineæ folia anguſtiora, omnia ſeſſilia; maſculæ inferiora pedunculata, utriusque glabra; femineæ racemi floriferi frequentiores, axillares; utriusque breviſſime pedunculati: Varietas ejus β quoque in montibus creſcit, an huc quoque referenda illa rumicis ſpecies, quam inter Bettingam & Wehingam Julio florentem inveni, foliis trilobis, lobis acutis, medio longiore?

Triglochin paluſtre Linn. Sumpfkrötengras, Sumpfdreyzak, Binſengras, klein Binſengras, Salzbinſe, Salzgras, Salzkraut; floret Auguſto in paludibus adjacentibus viæ Hechingenſi, eique, quæ ducit in villam Schwärzloch. Salſa & ſaporis ingrati in humidis pratis colenda planta, a muſcis defendenda, eximium pecoribus, præſertim junior ovibus pabulum præbet. Schrebers Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 44. ex ea panem parari poſſe teſtantur Abhandl. d. kön. ſchwed. Akad. d. Wiſſ. 1742. 4. Vrtlj.

Colchicum auctumnale Linn. Mort au chien, Colchique, Zaffarano baſtardo, Κολχικον Εφημερον, wild Saffron, Colchicum met purpere bloem, Herbſtzeitloſen, Spinnblume, Lichtblume, Mattſafran, nakende Hure; floret Auguſto & Septembri in pratis. Radix vere ſucculenta, acris, & mordax, a Dioſcoride ſequentibusque plurimis Medicis

cis inter venena relata, largo lactis uſu domanda, reliquis anni temporibus farinoſa, a Cl. Kratochvill iners proclamata in diſſertat. de radice colchici autumnalis Francof. ad Viadr. 1764. qui tamen canibus letalem eſſe, haud diffitetur, de collo ſuſpenſa a peſte præmunire, &, auctore Wilhelmi, podagræ, calculo, aliisque ejusmodi morbis doloroſis mederi credita, noſtris demum temporibus Auct. Ill. Stœrckio, cum aceto & melle in oxymel redacta & tuto & cum optimo ſucceſſu hydropicis data fuit; deſcripſit ille ſua experimenta proprio libello, recentioraque inſeruit ei, quo continuantur experimenta & obſervationes circa nova ſua medicamenta, Vindobonæ 1765. Imitati ſunt ejus experimenta eodem cum ſucceſſu & Clar. Collin, & Cl. Marges in Roux Journal de Medecine &c. T. XXIII. Paris 1765. nr. 2. dubitarunt tamen Illuſtr. Viri, alii ex radicis inertia argumentantes, alii coacti, ut ab uſu ejus abſtinerent, uti Cl. de Berge l. m. c. T XXII. p 526. aliis aut non profuit, aut nocuit, uti Planchon ibid. T. XXIII. 1765. p. 324. alii, uti Auct. Comment. Lipſ. præparationibus ex ſcilla factis non præferunt. Vol. XVII. P. 2. p 304. Folia, tingendis ovis apta, pediculis bovilli generis pellendis idonea, vel contuſa & affricata, vel cocta, & lotionis inſtar adhibita; florum rodentium infuſo vinoſo Turcæ ſe inebriant; ſemina hominibus & pullis gallinaceis funeſta.

POLYGYNIA.

Aliſma Plantago aquatica Linn. *Ranunculus paluſtris plantaginis folio ampliore*, Plantain des eaux à grandes feuilles, Piantaggine delle acque, Ἀλισμα, Broad-leaved Water-plantane, Water-weegblad, Waſſerwegerich, breiter Waſſerwegerich, groſer Froſchlöffel; floret a Julio ad Septembrem in paludibus. Foliis hujus plantæ, ovibus inviſæ, recentibus ulcuſcula ſcabioſa ſanaturi pauperes ſcabioſum ichorem in ſanguineam maſſam ſæpius retropellunt. Infuſum ejus aquoſum calculoſis mirifice prodeſſe teſtatur amicus Ill. Haenii in hujus rat. med. T. IV. p. 239.

Aliſma ranunculoides Linn. hahnenfusartiger Froſchlöffel, ſpiziger Waſſerwegerich, ſmall leaved Water-plantane, Plantain des eaux à feuilles étroites; floret Julio & Auguſto in aquis, præſertim montis Spizberg, & ſilvæ pone patibulum Tubingenſe poſitæ.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

Epilobium anguſtifolium Linn. ſchmalblätterichter Weiderich, ſchmalblätterichtes Unholdenkraut, Wullenweidenröslein; floret menſe Julio in tectis & ſilvis.

Epilobium hirſutum Linn. *Chamænerion villoſum magno flore violaceo*, zotiger Weiderich, groſe Weiderichröslein, groſer rauher Weiderich, groſes Unholdenkraut; floret Julio

lio & Auguſto ad aquas, præſertim ad Ameram inter portam Hafthor & Schmidthor, & in paludibus ſilvæ ad viam Mayringenſem; in regione Zabergovienſi pariter obſervavit Cl. Hiller. Caulis ramoſiſſimus hirſutus; flores ſatis magni, læte purpurei. Lana, ſemina hujus & reliquarum ſpecierum cingens, addita lana animali aut pilis, a tam præbet pannis vilioribus, aut tegminibus lectorum materiem. Gled. l. c. 1. p. 249 Pabulo non adeo apti rigidi caules vel lanugi-noſa folia. Gled. l. c. 3. p. 375.

Epilobium montanum Linn. Bergweiderich, Bergunholdenkraut; floret Julio in muris & præcipitiis.

Epilobium tetragonum Linn. vierekiger Weiderich, vierekiges Unholdenkraut; Julio & Septembri ad aquas & in ſepibus florens inveni

Epilobium paluſtre Linn Sumpfweiderich, kleiner glatter ſchmalblätterichter Torfweiderich, Sumpfunholdenkraut; floret Auguſto in paludibus juxta viam Hechingenſem: vidit etiam in regione Zabergovienſi Cl. Hiller. Amatiſſima pecoribus planta, antequam ſemina ferat, pappo ſummopere noxio inveſtita. Schreb. | Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 26.

Epilobium foliis imis oppoſitis, ſuperioribus alternis denticulatis lanceolatis, caule tereti: Floret Junio & Julio in ſepibus montis Oeſterberg & in ſilva Luſtnavienſi: Planta

ta mollis; folia ima ſuboppoſita: Caulis rubellus, ramoſus, incanus; flores parvi, rubri: Videtur eſſe Epilobium parviflorum Schreberi ſpicil. flor. Lipſ. 1771. p. 146.

Epilobium foliis nunc oppoſitis, nunc alternis, mollibus, ſeſſilibus, lanceolatis, denticulatis, caule tereti rubello: Inveni Julio in ſilva Burgholz floridum: Flores parvuli, terminales, rubri; folia ſuperiora & inferiora nunc oppoſita, nunc alterna; caulis ramoſus: An Epilobium obſcurum Schreberi l. m. c. p. 147.

Vaccinium Myrtillus Linn. Airelle, Myrtille, Raiſin des bois, Bleret, Moret, Mortella, Bill-berry-buſh, Whortle-buſh, Kraakbeſſe, Blauwe beſſen-Struyk, gemeine Heidelbeere, ſchwarze Heidelbeere, ſchwarze Beſinge, Sandelbeere, Preuſelbeere; floret Majo & Junio in ſilvis, præſertim Schwärzloch. Plantæ, quæ tota, exceptis radicibus, coriis parandis inſervit, Gled. l. c. 1. p. 21. folia acida, adſtringentia decocta, Auctore Lanciſio, boves a lue maligna febrili præſervare tradit Erhart. l. c. 2. B. p. 197. Baccæ acido-dulces, gratæ, urogallis amatæ, ſucco ſaponaceo vegetabili, qui & lintea, & chartas cæruleo colore tingit, plenæ, refrigerant, involvunt, putredini reſiſtunt, leniſſime adſtringunt, in dyſenteria etiam commendatæ Act. acad. reg. Scient. Suec. 1750. Vol. XI. trim. 1. p. 71. ſqq. rubrum vinis colorem, & minutim conciſæ

lanæ

lanæ aut linteis alumine imbutis, ſi cum eis coquantur, donec ſufficiat, durabilem violaceum colorem conciliant. Abh. d. kön. ſchwed. Akad. der Wiſſ. 1745. 4. Vrtlj. 5. St.

Erica vulgaris Linn. Ερεικη, Heathherb, gemeine Heide, Heidekraut, Genſt; floret Julio & Auguſto in ſilvis. Equis atque ovibus præſertim in junioribus germinibus, &, ſi neceſſitas urgeat, etiam bobus propinanda, apibus grata, quæ ignei coloris mel inde colligunt, domibus tegendis apta, Scotis lecti vices ſupplens, ſiccante & leviter adſtringente virtute a nonnullis laudatur. Erhart. l. c. 8. B. p. 207. ſqq. coriis etiam parandis idonea, auctore Geſnero, Archiatro olim Wirtembergico. Hiſtoire de l'academie, anné 1756. à Paris. obſerv. 8. cui ſubjectam ſæpius invenit turfam Heidegger l. c. ad radices ejus coccum invenit Cl. Taube V. du Roi l. c. p. 71.

Daphne Mezereum Linn. Bois gentil, Mezereon, (Angl. & Gall.) Spurge-Laurel, Spurge-olive, Miſeri-boom, Kellerhals, gemeiner Kellerhals, Kellerſchall, Kellerkraut, Seidelbaſt, Zeidelbaſt, Süsbaſt, Wolfsbaſt, Bergpfeffer, falſcher Pfefferſtrauch, Zeiland, Brennwurz, Rechbeeren; floret Februario & Martio in ſilvis. Plantæ, quæ tota acerrima eſt, & ab apibus negligitur, forſan noxia futura melli Gled. l. c. 2. p. 139. radix loco ſetacei adhiberi poteſt, decocta etiam ad nodos venereos commendatur a

Ruſſel in Medical Obſervations &c. London. Vol. III. p 189 ſqq. Cortex, extrinſecus arthriticis applicatus a Norwegis, teſte Gunnero l. c. nr. 22. interno uſu cum foliis & ſeminibus a nonnullis hydropi opponuntur, aut acidis vegetabilibus macerata, aut mucilaginoſis involuta; flores odoratiſſimi dolores capitis ſæpe cauſſantur; baccæ acerrimæ, vomitu expellendæ, pictoribus pigmentum rubrum præbentes, lupos etiam necant.

TRIGYNIA.

Polygonum Biſtorta Linn. Biſtorte, Biſtorta, Biſtort, Snakeweed, Herts-tongue, Natterwurz, Krebswurz; Vidit Cl. Weinmann l. c. in pratis humidis Reutlingenſibus, Cl Ofterdinger Julio in monte Heuberg, ego in ſilva inter Bettingam & Wehingam Junio florentem ſtirpem. Planta tota, præſertim radix, valide adſtringit, quam præter virtutem nullam habet, niſi quæ inde derivari poſſit; coriis parandis apta Gled. l. c. 1. p. 20 tinctoribus quoque utilis, utpote quæ cum vitriolo martis atramentum conſtituit: folia tenera oleris inſtar inſerviunt; Kamtſchadalis in uſum culinarem adhibita. Kraſcheninnikow l. c. flores grate odorati & ceræ, & mellis materiem præbent apibus. Gled. l. c. 2 p. 158.

Polygonum amphibium Linn. Ποταμογειτων τριφυλλον, Wegtritt mit Weidenblättern, Waſſer=

Waſſerflöhkraut; inveni Julio in paludibus ambulacri dicti Studentenwäldlein floridum: Durum nimis pabulum præbet. Gled. l. c. 3. p 375.

Polygonum Hydropiper Linn. Curage, Pimeur, Poivre d'eau, Perſicaire âcre, Perſicaire brûlante, Pevere delle acque, Υδροπεπερι Διοσκοριδȣ, Waterpepper, Lakeweed, biting Arſmart, Waterpeper, Waſſerpfeffer, ſcharfes Flöhkraut, ſcharfes Pferſingkraut, brennendes Pferſingkraut; floret Auguſto in foſſa aquoſa prope ſilvam Burgholz, & in paſcuo dicto Gänswaſen; Saporis mordacis, pungentis, piperini herba, quam oves intactam relinquunt, in phlegmaticis urinam promovet interne aſſumta; externo uſu ulcera mundificat recens, carnes fungoſas abſumit, contuſionibus equorum, œdematis, vulneribus; per anum injecta teneſmo & dyſenteriæ medetur: Alii detergentem ejus virtutem deprædicant, & internum externumque uſum hydropicis, ictericis, viſcera obſtructis, teneſmo & dyſenteria laborantibus commendant.

Polygonum Perſicaria Linn. *Perſicaria mitis maculoſa*, Perſicaire douce, Perſicaria, ſpotted Arſmart, Perſikkruyd, Flöhkraut, flekig Flöhkraut, Pferſingkraut, Röttich, Rötſchel; floret a Junio ad Septembrem uſque ad rivulos, fluvios, aquas. Variat colore corollarum rubello & albo; foliis unicoloribus, & maculatis. Ovibus magis noxia,

quam utilis planta dilacerata cum filis alumine imbutis & ſiccatis per ſtrata cocta, hæc in aqua fluviatili lota, dilute luteo colore tingit. Abh. der kön. ſchwed. Akad. der Wiſſ. 1745. 4. Viertelj. herba acidula externe adplicata vulneraria, antiſeptica, præſertim cum vino decocta ad cancros etiam laudatur a Cl. Kannengieſſer l. c.

Polygonum aviculare Linn. *latifolium*, Renouée, Traînaſſe, Centinode, Corrigiola, Πολυγονον Διοσκοριδȣ, Knotgraſs, Duyſent-Knoop, Varkens-Gras, Vogelweg-tritt, Wegtrett, Weggras, Blutkraut; floret a Junio ad Septembrem in viis, ſepibus, arvis. Inodora planta, arvis infeſtiſſima & per porcos eradicanda, qui etiam foliis ſaginari poſſunt. Act. acad. reg. Scient. Suec. Vol. XXIV. 1763. p. 249. trim. 3. ovibus ſummopere noxia, obſtruendo, putridumque morbum excitando, minus tamen, quæ in arena provenit Gled. l. c. 3. p 131. Folia inter adſtringentia, vulneraria relata, & in fluxibus alvi denuo a Cl. Scopoli flor. carniol. p. 403 & ſanguinis, commendata, ſemina, quæ farinaceis accenſet Cl. Scheuchzer l. c. p. 3. bonum avibus pabulum, & in annonæ caritate cibum hominibus ſuppeditant.

Polygonum Convolvulus Linn. Blé noir ſauvage, Buchwinde, Schwarzwinde, Heidelwinde, wild Heidekorn, Vogelzunge; floret Junio & Julio in agris, muris, ad ambula-

bulacra, præſertim in monte patibuli Tubingenſis. Herba bonum pecoribus pabulum præbet, ab ovibus tamen non tangitur; ſemina farinacea cerealibus accenſet Clar. Scheuchzer l. c. p. 3.

TETRAGYNIA.

Paris quadrifolia Linn. *Herba Paris*, Raiſin de renard, Aconito quadrifoglio, Στρυχνον τετραφυλλον, Herb Paris, four-leaved Nightſhade, true Love, Oneberry, Wolffsbeſſe, Spinnekoppe, Einbeer; Aprili & Majo in ſilvis, præſertim Luſtnavienſi & Burgholz. Interdum quina habet folia; id quod jam notavit ſuo tempore Cl. Bauhinus in Πιναξ theatri botanici. p. 167. terna & ſeptena vidit Duvernoy. Tota planta ingrati, narcotici & viroſi odoris ſaporisque, præſertim radix & baccæ uſu olim venerunt medico interno æque ac externo.

Adoxa Moſchatellina Linn. Moſcatelline, Herbe du muſc, Herbe musquée, Biſamkräutlein, Biſamhanenfuß; floret Aprili in ſepibus pratorum viæ Reutlingenſi adjacentium. Radix externo uſu olim inter adſtringentia relata; fructus immaturus acidus, maturus ſubacris, odore ceterum & ſapore fraga refert.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

Dictamnus albus Linn. Fraxinelle, Dictam blanc, Diptam, Dittamo, white Dittany,

Baſtard Dittany, Eſſenkruyd, Fraxinelle, weiſſer Diptam, Spechtwurzel, Aeſcherwurz; Invenit prope pagum Kendelbach milliare, Germanicum Vaihinga diſtantem Dmnus Sigel, Pharmacopœus Vaihingenſis dexterrimus. Cortex craſſiuſculus radicis, officinis uſitatus, amarus, putredini reſiſtens, ſudores pellens, in ictero laudatur, præſertim a vermibus nato; denuo ab Illuſtr. Stœrkio commendatus. Ex floribus mel & ceram legunt apes. Gled. l. c. 2. p. 219.

Monotropa Hypopithys Linn. Fichtenmonotropa, Fichtenſpargel, Baumwurzelſauger, falſche Schmeerwurz; florentem Julio in ſilvis abietinis montis Heuberg ad radices harum arborum invenit Cl. Oſterdinger; ad radices pinus ſilveſtris, abietis & piceæ, quercus roboris, fagi ſilvaticæ, & coryli avellanæ. Gled. l. c. 1. p. 212. Suaveolet.

Arbutus Unedo Linn. Arbouſier, Fraiſier en arbre, Arbre à fraiſes, Κόμαρος Διοσκορίδȣ, common Strawberry Tree, Aardbezie-boom, gemeiner Erdbeerbaum; floret Junio & Julio in monte Heuberg & ſilva montis Balingenſis Lochenſtein. Plantæ condiendo tabaco aptæ teſte Ill. Linnæo Act. acad. reg. Scient. Suec. 1743. trim. 4. art. 6. & ad lanas nigro caſtoreo imbuendas commendatæ ibid. 1753. trim. 2. art. 3. lignum album variis inſtrumentis aptum bonos Gallis carbones ſuppeditat Encycloped. œconom. T. II. p. 159. Cortex & baccæ ex acido auſteræ,

fraga

fraga referentes, Minorcanis delicioſæ, adſtringunt, & culpantur ab his, laudantur ab illis.

Pyrola rotundifolia Linn. Grande pyrole, Verdure d'hiver, Great round Wintergreen, Wintergroen, rundblätterichtes Wintergrün, groſes rundes Wintergrün, Holzmangold, Waldmangold; floret Majo & Junio in monte Balingenſi Schalksberg, & in dumetis juxta viam, quæ ducit trans montem Schloßberg in montem Spizberg, poſitis: Folia amariuſcula leviter adſtringunt, refrigerant, & cum alchemilla vulgari conveniunt, forſan etiam, ut illa, coriis parandis apta: Ex ſcapis ſcopas confici poſſe tradit Erhart. l. c. 8. B. p. 200.

Pyrola ſecunda Linn. Pyrole à feüilles ſerrées, einſeitiges Wintergrün; floret Majo in ſilvis Balingenſibus abietinis, & monte Lochenſtein.

Pyrola uniflora Linn. *rotundifolia minor*, einblumiges Wintergrün, kleines rundes Wintergrün, Wintergrün, Waldmangold; ſmall round Wintergreen, Pyrole petite à rondes feüilles; ad radicem nemoris Schwärzloch in valle invenit Duvernoy. Infuſum herbæ leniter adſtringentis Norwegis in inflammatione oculorum, præcipue humida ſacrum Linn. flor. ſuec n. 364. Neque hanc, neque duas priores ſpecies oves comedunt.

DIGYNIA.

Chryſoſplenium alternifolium Linn. Saxifra-

xifrage dorée, Hepatique dorée, Golden Saxifrage, Goldmilz mit wechſelsweiſe ſtehenden Blättern, gulden Steinbrech, Milzkraut; invenit Martio in ſilvis florens Erhart, ego Majo in monte Balingenſi Lochenſtein. Plantæ, quam oves intactam relinquunt, herba olim inter vulnerarias atque aperientes relata, & ad viſcerum obſtructiones commendata fuit.

Saxifraga granulata Linn. *rotundifolia alba*, Saxifrage, Rompepierre, Caſſepierre, Percepierre, Saſſifragia, white flowered Saxifrage, witte Steenbreek, körniger Steinbrech, Steinbrech, weiſſer gemeiner Steinbrech; floret Majo ad radicem montis Spizberg, & in pratis proximis ſilvæ Luſtnavienſi. Plantæ, quam oves intactam relinquunt, radix, minus tuti uſus, olim ex figura ſua ad lithonthriptica, diuretica, emmenagoga, antaſthmatica, & aperientia relata fuit.

Saxifraga tridactylites Linn. *verna annua humilior T.* petite Saxifrage rouge, Δακτυλιοβοτανον ετερον, Rotsſteen, Hendelkraut; Aprili inter gramina murorum viæ Hirſavienſis ſiniſtrorſum Duvernoy, in regione Zabergovienſi Cl. Hiller invenit; in ictero, ſcrophulis & ulceribus commendatur.

Scleranthus annuus Linn. jähriger Knauel, wilder Knauel, kleiner Wegtritt, gros Knöterich, falſch Johannisblut; floret Septembri in arvis inter Waldhuſam & ſilvam Bebenhuſa-

huſanam mediis: Folia ſubdulcia ſunt, & adſtringunt. Gled. l. c. 1. p. 318.

Gypſophila repens Linn. kriechendes Gypskraut, kriechendes Kalkkraut; floret Septembri in arvis Waldhuſam inter & Bebenhuſam mediis.

Gypſophila muralis Linn. Mauergypskraut; floret Septembri in ſilvis.

Saponaria officinalis Linn. *Lychnis ſilveſtris, quæ ſaponaria vulgo*, Savoniere, Saponaire, Saponaja, Στρȣθιον Διοσκοριδȣ, Soopwort, Bruiſe-wort, Seep-kruyd, gemeines Seiſenkraut; floret Julio in humidis & ad muros. Radices ſubdulces & aliquantum pungentes, parum odoratæ detergunt, diſcutiunt, ſudoresque cient, viribus, ſi non ſuperiores, tamen æquales radicibus ſaſſaparillæ; folia amariuſculi, ingrati ſaporis, inodora, ſucco ſaponaceo abſtergente plena, naribus immiſſa ſternutationem excitant, & decocta externeque adhibita morbis cutaneis mederi traduntur: Pollen antherarum purpureo inquinat colore.

Saponaria Vaccaria Linn. Getreydeſeiſenkraut, quæ Julio in agris, præſertim Jeſingenſibus ad Ameram ſitis floret.

Dianthus barbatus Linn. Bartnelken; floret Julio in ſilva Burgholz.

Dianthus Carthuſianorum Linn. *Caryophyllus ſylv. vulg. latif.* Oeillet de Chartreux ſauvage, Giroſano dei Certoſini ſalvaggio, Feldnelken, Steinnelken, wilde Cartheuſernelken,

ken, Donnernägelein; floret Junio & Julio in ſummo cacumine montis Spizberg, in ſilva, per quam itur pede Tubinga Entringam, & in reliquis montoſis ſilvisque circa Tubingam, nec non in via, qua itur Blabyra ad Blauhäuslein. Flores ejus ceræ cauſa amantur ab apibus. Gled l. c 2. p. 181.

Dianthus Armeria Linn. *Caryophyllus ſylv. vulg. anguſtif.* wilde Nelken; floret Junio in via, quam calcant pede profecturi Tubinga Entringam.

Dianthus prolifer Linn. ſproſſende Nelke, Knopfnäglein; floret Auguſto in ſilva montis Blaſii

Dianthus diminutus Linn verringerte Nelke; In regione Zabergovienſi ſponte naſci, ſcripſit Cl. Hiller.

Dianthus plumarius Linn. *Caryophyllus flore tenuiſſime diſſecto*, Federnelken; floret Julio & Auguſto in ſilvis & collibus juxta viam, quæ ducit trans montem Schloßberg in montem Spizberg.

TRIGYNIA.

Cucubalus Behen Linn. *Lychnis, quæ Been album*, wit Been, gemeiner Behen, wildes Seifenkraut, Lydweich, Gliedweich, Schaumröslein, Schachtkraut, Spielglätte, Speyspettel, Wiederſtos; Inter oleracea nonnunquam refertur emolliens herba Gled. l. c. 1. p. 312. flores ad augendam ceræ materiem faciunt. Gled. l. c. 2. p. 161.

Silene

Silene nutans Linn. überhängende Sile⸗ne, überhängendes Leimkraut, wild Margen⸗röslein, wilder Wiederſtos, weiſſe Klebnelke; floret Majo & Junio in ſilvis & montibus Tubingenſibus, in monte Balingenſi Schalks⸗berg, & in monte arcis Tuttlingenſis: Caulis nonnunquam ſesquipedalis & ultra, hirſutus, interdum ruber; foliis oppoſitis hirſutis, lineari-lanceolatis, ſeſſilibus: pedunculis oppoſitis axillaribus, bi-aut trifloris, hirſutis, erectis cum calycibus rubro-ſtriatis; floribus ſingulis pedicellatis; flos ſolitarius aut bini terminales; odoris nullius planta, neque ſaporis, niſi herbacei; radix pariter inodora, inſipida, folia emittit cochleariformia, hirſuta, amariuſcula; flores pauxillum ceræ præbent apibus. Gled. l. c. 2. p. 161.

Silene noctiflora Linn. Nachtſilene, Nacht⸗leimkraut; floret Majo in pratis montoſis.

Silene quadrifida Linn. *Lychnis latifolia viſcoſa alba, & anguſtifolia alba & rubra*, vierſpältige Silene, vierſpältiges Leimkraut, in monte Spizberg ejusque planitie & ſummis extremisque ſcrobibus invenit Duvernoy.

Silene rupeſtris Linn. Felſenſilene, Fel⸗ſenleimkraut; floret Julio in monte Blabyrenſi, quo itur ad Blauhäuslein.

Stellaria nemorum Linn. *Alſine altiſſima nemorum*, Haynſternpflanze, groſer Vogel⸗meier, Waldmeierich; flores ejus apibus gratiſſimi. Gled. l. c. 2. p. 161. Auguſto florentem invenit ad Ameram Duvernoy. Stel-

Stellaria Holoſtea Linn. Augentroſtgras, Grasnelkenmeier; floret ab Aprili ad Julium in ſepibus; flores ejus multum ad augendam ceræ copiam facere. Gled. l. c. 2. p. 152.

Stellaria graminea Linn. *Alſine pratenſis gramineo folio ampliore T. gramen floridum Tabernæmont.* Chikweed with great Graſs leaves, graſige Sternpflanze, Meierich, Hünerdarm mit groſen Grasblättern; Naſcitur frequentiſſima in ſepibus & collibus; Majo in ſepibus ad Ameram florentem vidit Duvernoy. Optimum pecoribus pabulum præbet. v. Abh. d. kön. ſchw. Akad. d. Wiſſ. 1745. 3. Vrtlj. & varietas

Alſine pratenſis folio anguſtiore; Creſcit fere ibidem. Chikweed with ſmall Graſsleaves, Meierich, Hünerdarm mit ſchmalen Grasblättern; Caulis flaccidus, tenuis, dichotomus, procumbens, diffuſus: Folia lineari-lanceolata ſeſſilia oppoſita: Calix patens, glaber, pentaphyllus: Corolla alba decapetala

Arenaria trinervia Linn. dreynerviges Sandkraut; floret Junio in ſilva Bebenhuſana Jordan. Caulis procumbens, ramoſus, hirſutus; foliis oppoſitis; floribus pedunculatis axillaribus.

PENTAGYNIA.

Sedum Telephium Linn. *Anacampſeros vulgo faba craſſa J. B.* Orpin repriſe, Graſſette, Graſſetta, Τελέφιον, Orpine, Smeerwor-

wortel, Hemel Sleutel, fette Henne, gemeine fette Henne, Wolfskraut, Schmeerwurz, Donnerkraut, Wundkraut, Knabenkraut. Vidi florens Auguſto inter portam Schmidthor & Hakthor ad Ameram prope molendinam: in extremitate viæ montis Spizberg prope planitiem dextrorſum invenit Duvernoy. Plantæ apibus, non tamen ovibus amatæ folia ſucco aquoſo ſubacido plena, teſte Geoffroy l. c. T. II. p. 86. refrigerant, leniter adſtringunt, & in ulceribus ſcorbuticis cancroſisque commendantur a ſucceſſore Erharti l. c. T. X. p. 19. Flores mel præbent apibus. Gled. l. c. 2. p. 188.

Sedum ſtellatum Linn. ſternförmige fette Henne, ſternförmiges Zumpenkraut; Inveni Junio in monte arcis Tuttlingenſis floridum.

Sedum Cepæa Linn. wilde Porceleyn, burzelkrautartige fette Henne; floret Junio in monte Balingenſi Schalksberg.

Sedum reflexum Linn. umgebogene fette Henne; floret Junio & Julio ad muros hortorum viæ Hirſavienſi adjacentium; folia craſſa, acuta, ſucculenta, ſubtrigona, pleraque alterna, virentia, tegentia caulis ſuperiorem partem, baſi latiori cauli adnata.

Sedum rupeſtre Linn. *Sedum minimum luteum non acre*; Triquemadame jaune, pain d'oiſeau, Vermiculaire âcre, Vermiculaire brûlante, Αειζωον μικρον ξανθον, ſmall yellow Houſe-leek, klein Huyslook met geele bloem, gelbe fette Henne, gelber Mauerpfef-

ſer, gelbe Kazenträublein, Felſenzumpenkraut; floret Junio ad littora fluviorum, & muros vinearum. In officinas noſtras pharmaceuticas recepta herba acris vomitum ciere & ſpecifice ſcorbuto reſiſtere perhibetur.

Sedum acre Linn. Mauerpfeffer: In regione Zabergovienſi obſervavit Cl. Hiller; ad noſtros etiam muros Junio floret; folia oblonga, acido-adſtringentia: Cymæ tri-aut quadrifidæ.

Sedum album Linn. *Sedum minus teretifolium album*, Trique madame, petite Joûbarbe, Αειζωον μικρον λευκον, ſmall Houſe-leek, Trieg-Madam, klein Huyslook met witte bloem, weiſſe fette Henne, weiſſes Zumpenkraut, weiſſe kleine Hauswurz; floret Junio ad muros. Succulenta, ſubacris, refrigerans, leniter adſtringens planta, nonnunquam acetariis addita, ſuccum præbet anodinum in cancro exulcerato prædicatum a Cl. Gagot Recueil des piéces, qui ont concouru pour le prix de l'Academie royale de Chirurgie. T. II. Paris 1757. p. 243. ſqq. & le Cat in Hauteſierk l. c. T. I. p. 388. ſqq. Folia trita & ſacculo incluſa hæmorrhoidum cæcarum dolorem & tumorem auferre ſuccumque interno uſu putredinem enervare ſcribit Scopoli flor. carniol. p. 490.

Oxalis Acetoſella Linn. *Oxys flore albo T.* Alleluja, Pain à Coucou, Alleluja, Οξυτριφυλλον, Wood-ſorrel, Klaver-Zuuring, Koekoeks-Brood, Sauerklee, gemeiner Sauer-

Sauerklee, weiſſer Sauerklee, Buchampfer, Gauchampfer. Aprili & Majo in ſilvis & montibus, præſertim anatolico. Inodora, grate acida, refrigerans, putredini reſiſtens, æſtibus febrilibus moderans, ovibus etiam proficua, quarum ſcilicet & digeſtionem juvat, & urinæ ſecretionem. Gled. l. c. 3. p. 345. vere florens, apiumque culturæ favens ibid. 2. p. 141. conſervam ſuppeditat officinis & ſal eſſentiale, utrumque virium plantæ particeps, poſterius etiam in lanificiis notum, ſuperadfuſo ſpiritu ardente dealbandum.

Agroſtemma Githago Linn. *Lychnis ſegetum major*, Nielle, Nielle des blés, Nielle bâtarde, Alêne, Ψευδομελανθιον, Μελανθιον εκ των πυρων, Kornraden, Kronraden, Kornnägelein, Kornröslein, Kornroſen, wilde Marienroſen, Raden, Raten und Ratten, ſchwarzer Akerkümmel; floret in agris, præſertim Kilchbergenſibus & juxta viam Reutlingenſem poſitis. Radicis, recens tamen effoſſæ, effectuum lepidam hiſtoriam legas in Sim. Pauli quadripart. botan. Decoctum foliorum externo uſu diſcutere, ſiccare, ulcera fiſtulasque purgare traditur; ſemina aperire, & vermes pellere Zorn in botanol. medic. farinæ miſta eam cæruleſcente colore inquinare. Erhart. l. c. 8. B. p. 105. ex floribus aliquid ceræ legunt apes.

Lychnis flos cuculi Linn. *pratenſis flore laciniato ſimplici. Moriſon.* Girofle des prés,

Ιξοκαυλος ετερα, Gukugsſpeichel, Gukugsblume, Fleiſchblume, Gauchblume, Pechblume, Pechnägelein; floret Majo in pratis, præſertim montanis. Radix oblonga, lignoſa, inodora, ſaporis nauſeoſi, emittens fibras multas, tecta foliis glabris, margine piloſis, lineari-lanceolatis; protrudens caulem altum, interdum purpureum; geniculis purpuraſcentibus, folioſis; foliis oppoſitis, amplexicaulibus, lineari-lanceolatis, apice purpureis; flores terminales, petalis roſeis purpureo-ſtriatis, calycibus baſi viridibus, ceterum rubellis, angulatis, angulis ex rubro-fuſcis: Pecoribus nutriendis non ineptam alii, alii ab iis intactam relinqui perhibent.

Lychnis viſcaria Linn. Pechnelke, Klebnelke, Marienröslein, Mergenröslein, wildes purpurrothes Margenröslein; floret Majo & Junio in ſilva proxima monti S. Blaſii, & in pratis vicinis ſilvæ Luſtnavienſi: Ratione pabuli cum flore cuculi convenit.

Lychnis dioica Linn. *Lychnis aquatica purpurea ſimplex*; Lichtröslein mit ganz getrennten Geſchlechtern, weiſſer und rother Wiederſtok, weiſſer und rother Wiederſtos; floret Majo & Junio ad aquas, vias, & ſepes. Ingrata in pratis planta, variat colore petalorum nunc purpureo, nunc albo; calycibus nunc amplioribus, nunc anguſtioribus.

Ceraſtium vulgatum Linn. gemeines Hornkraut, Nägeleinsgras, groſer rauher Feldmeyer,

meyer, groſes rauhes Vogelkraut; floret Majo ad vias & in ruderatis. Caules repentes, multi ex una radice, villoſi, ſæpius rubri: Folia brevia, hirſuta, lanceolata, oppoſita, ſeſſilia: Pedunculi terminales, ex alis foliorum naſcentes: Corollæ calicibus minores: Non ingrata pecoribus planta.

Ceraſtium viſcoſum Kinn. klebrichtes Hornkraut, rauher Hünerdarm, rauher Felddarm, kleines rauhes klebrichtes Akervogelkraut; floret Junio ad muros. Aquoſam & refrigerantem herbam oves non comedunt.

Ceraſtium arvenſe Linn. Akerhornkraut, weiß Nägeleingras, Steinbrechweiblein, falſcher weiſſer Steinbrech; floret Aprili in pratis; flores odorati mellis & ceræ materiem præbent apibus. Gled. l. c. 2. p. 159.

Ceraſtium ſuffruticoſum Linn. ſtaudiges Hornkraut; floret Majo ad muros. Caulis hirtus, dichotomus: Folia ad marginem & coſtæ dorſum piloſo-ciliata, connata: Stili quinque: Petala emarginata, calicis foliolis majora: Capſula ſubrotunda.

Ceraſtium aquaticum Linn. Waſſerhornkraut; floret Julio ad Nicarum in via Luſtnavienſi.

Spergula arvenſis Linn. Akerſpark, Spark, Spurre, Spurrer, Spurgiſt, Spurgis, teutſcher Spergel, weiſſer Spergel, groſer wilder Spergel, Knöterich, weiſſer Knöterich, langer Knebel, Mariengras, Läuſegras, Nettekamm; floret Septembri in arvis Waldhu-

 ſam

ſam inter & Bebenhuſam interjectis. Planta, ex qua panem parari poſſe teſtantur Abhandl. d. kön. ſchwed. Akad. d. Wiſſ. 1740. 3. Vrtlj. 14. St. ſaporis dulcis, aquoſi, refrigerantis, aliquantum balſamici & leviſſime irritantis in ſolo omni alii fere plantæ inepto proveniens, per totum annum virens, hinc diverſis anni temporibus utilis, & lac vaccarum ea utentium augens. Gled. l. c. 2. p. 283 ſqq. recens & ſiccata pecoribus avibusque gratum pabulum præbet, a bobus tamen non appeti refert Gunnerus l. c. T. I. nr. 20. Semina, quæ expreſſione oleum exhibent, vaccis, & cum avena etiam ovibus propinari poſſunt. Gled. l. m. c. 2. p. 303. Vires eædem in corpus humanum, quæ alſines mediæ; Plantationem hujus ſtirpis videas Erhart. l. c. 6 B. p. 277. ſqq. & Gled. l. m. c.

Spergula pentandra Linn. Spark mit fünf Staubfäden, kleiner Frühlingsſpergel; Planta, quæ in variis regionibus colitur, & gratum & lactiferum, & impinguans & magis etiam priori nutriens bobus Gunner l. c. T. I. nr. 20. vaccis, & ovibus, quibus etiam lanam magis teneram conſervat, Gled. l. c. 2. p. 296 ſqq. pabulum, & fimum agris, optimumque fœnum præbet: Semina gallinis grata preſſa oleum exhibent: Modum ejus colendæ. v. Schrebers Samml. verm. Schr. 2. Th. p. 319. ſqq.

DODE-

DODECANDRIA.

Aſarum europæum Linn. *Aſarum*, Cabaret, Oreillette, Rondelle, Aſaro, Ασαρον, Aſara-bacca, Manſoren, europäiſche Haſelwurz, gemeine Haſelwurz, Haſelwurz, wilder Nardus. Floret a Februario ad Majum infra muſcos & arida folia latens in ſilvis. Tota planta nauſeoſo eoque forti odore incommodat, acrique & amaro ſapore linguam guſtantis ferit: Radix, ut folia, ex principio volatili agens, felibus quæſita teſte Erhart. l. c. T. V. p. 205. hippiatris accepta, recens, ſola aut non præparata vomitus ciet violentiſſimos; vetuſtior aut infuſa ſatis vehementer alvum purgat, ſolitum ruſticorum purgans; aliquoties decocta aut cum vino infuſa urinam ſudoremque pellit: Folia lucida, ut plurimum gemina, ex quorum axillis naſcitur flos nutans, brevi pedunculo inſidens, ſimiles cum radicibus vires poſſident, & fine ſternutatorio in pulverem contuſa a nonnullis commendantur.

Portulaca oleracea Linn. *anguſtifolia ſilveſtris*, Pourpier, Portulaca, Pozzolana, Ανδραχνη αγρια Διοσκοριδου, Purſlane, Porceleyn, Kohlportulak, Portulak, Burzel, kleines Burzelkraut, wildes Burzelkraut; ad muros vinearum viæ Hirſavienſis dextrorſum inter primum & ſecundum torcular invenit Duvernoy. In hortis cultæ varietatis folia refrigerantia acetariis adduntur, ſcorbuticis & hæmoptoicis commendata, aqua

 deſtil-

deſtillata, inodoræ herbæ, iners, at ſuccus expreſſus efficacior, in hæmorrhagiis, præcipue femineis ſiſtendis, arena viarum urinariarum pellenda, vermibusque debellandis multum valere creditur: Semen ad quatuor frigida minora refertur.

Lythrum Salicaria Linn. *Salicaria purpurea*, Salicaire commune, Lyſimache rouge, Λυθρον, brauner Weiderich, rother Weiderich, Purpurweiderich, Weidenkraut, blauer Fuchsſchwanz; floret Julio ad aquas inter ſalices. Planta coriis parandis apta, Gled. l. c. 1. p. 18 pecoribus & grata & ſalubris Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 73. frumentacea a curculionum damnis defendere dicitur; ibid. egregium præbet in dyſenteria & diarrhœa remedium, teſte Ill. Haenio rat. med. P. III. & IV. p. 23. & ſuccum, ulceribus & inflammationibus medicaturum; tenerioribus foliis & comis depaſcuntur oves. Gled. l. c. 3. p. 360. flores mel apibus ſuppeditant. ibid. 2. p. 182.

Agrimonia Eupatorium Linn. *Agrimonia officinalis*, Aigremoine, Agrimonia, Ευπατοριον, Agrimony, Agrimonie, Edel Leverkruyd, Bruchkraut, Odermennig, gewöhnlicher Odermennig; floret a Junio in Septembrem usque in pratis & ad vias; plantæ hujus radicem, cui aqua infuſa eſt, Canadenſes in febribus prædicant, herbam leniter adſtringentem, coriisque parandis aptam, recentem in cancro Cl. Kannengieſſer

ſer in act. phyſic. medic. acad. Cæſ. N. C. T. I. 1757. §. 41. eandem, virtuti omni volatili vacuam, decoctam proficuam phthiſicis vidi; cum ſero lactis digeſtam recentem verno tempore per curam, ut ajunt, adhibent Angli. v. The new Diſpenſatory II. Ed. London. MDCCLXV. in gargariſmatis contra anginam Galli. v. Chomel Abregé de l'hiſtoire des plantes uſuelles, à Paris MDCCXXXI. p. 480. In pratis inviſa planta a ſolis ovibus & capris comeditur, cujus etiam rigidi caules foenum juſto durius reddunt.

Reſeda luteola Linn. Gaude, Herbe jaune, Herbe à jaunir, Wouw, Wau, Streichkraut, Herenkraut, Färbergras; floret Majo & Junio ad rivulos, in montoſis, ſaxoſis & paſcuis. Hac planta, quæ in omni ſolo creſcit, pannos alumine imbutos, ſive non imbutos, igneo colore tingunt tinctores. Abh. der kön. ſchwed. Akad. d. Wiſſ. 1742. 1. Vrtlj. 6. St. p 307. Modum ejus colendæ v. ib. ann. 1755. trim. 4. art. 9. Decoctum radicis aperire dicitur.

Reſeda alba Linn. weiſſes Harnkraut; in regione Zabergovienſi obſervavit Cl. Hiller.

Reſeda lutea Linn. *vulgaris*, Reſede, Herbe Maure; gelbes Harnkraut, gelbes Wau; floret Majo & Junio ad aquas, rivulos, vias. Caulis hirtus; folia inferiora nonnunquam integra, obovata, undulata, ſuperiora pinnatifida; ſpica terminalis, floribus pedun-

culatis pallide luteis: Dolores ſedare inflamtionesque diſcutere dicitur.

Euphorbia Chamæſyce Linn. Χαμαισυκη, niedrige Euphorbiſche Pflanze; floret Junio ſponte in hortis.

Euphorbia Peplus Linn. Πεπλος Διοσκοριδȣ, runde Euphorbiſche Pflanze; floret Majo & Decembri in ſilvis, & ſponte in hortis.

Euphorbia exigua acuta Linn. Τιθυμαλος λεπτοφυλλος, kleine Euphorbiſche Pflanze; floret a Junio ad Septembrem in arvis, paſcuis, & ſponte in hortis.

Euphorbia paralias Linn. Τιθυμαλος παραλιας Διοσκοριδȣ, Τιθυμαλις, Euphorbiſche Waſſerpflanze; floret Auguſto ad aquas.

Euphorbia helioſcopia Linn. *Tithymalus helioſcopius caule leviter hirſuto*, Τιθυμαλος ηλιοσκοπιος Διοσκοριδου, Sonneneuphorbiſche Pflanze; floret a Decembri ad Junium in paſcuis, in humidis, ad vias, & ſponte in hortis. Cauſtica licet & amara ovibus dyſenteriam concitans planta, ab his tamen, capris & vaccis comeſta, carnes turpiſſimo ſapore inficit. Act. Acad. reg. Scient. Suec. Vol. XI. 1750. trim. 2. art. 3.

Euphorbia verrucoſa Linn. warzige Euphorbiſche Pflanze; floret Majo & Junio in montibus, ſilvis, præſertim in monte Spizberg.

Euphorbia platyphylla Linn. Tithymale à grandes feüilles, Τιθυμαλος πλατυφυλλος Διοσκοριδȣ, Broad-leaved Spurge, breitblätterich=

terichte Euphorbiſche Pflanze, breitblätterichte Wolfsmilch.

Euphorbia Eſula Linn. Herbe a lait, petite Eſule, Reveille-matin, Erbalatte, Titimalo, little Spurge, kleine Spurgie, kleine Wolfsmelk, Wolfsmilch, Teufelsmilch, Eſelsmilch; floret Majo in paſcuis, pratis ſterilibus, ſilvis. Plantæ inodoræ radix rubefacit & urit, hinc draſtice, præſertim cortex, purgat, etſi aceto macerante correcta; ideo miſta aliis, hydropicis, cacheticis, quartana febre laborantibus commendata; folia ſaporem ſtypticum, magmatis amygdalarum, nec acrem nec amarum referunt, a capris comeſta, harum lac purgante vi imbuunt, notantibus jam Hippocrate & Galeno: Succus lacteus, quo omnes hujus generis noſtrates ſpeoies ſcatent, acris, abſumendis verrucis & clavis aptus, inſpiſſatus præbet maſſam, ſcammonei æmulam; ſemina, quibus piſcatores utuntur, ſtupefaciunt, & pariter violente purgant, ruſticis & militibus uſitata: In hac habitat larva ſphingis Euphorbiæ.

Euphorbia cypariſſias Linn. *Tithymalus cypariſſias*, Τιθυμαλος κυπαρισσιας Διοσκοριδου, Cypreſſeneuphorbiſche Pflanze; floret ab Aprili in Junium uſque in paſcuis. Juniori feli innocua planta, teſte Sproegel in diſſert. ſiſt. experim. circa varia venena. Gœtting. 1753. Eſt & hujus varietas.

Eſula

Eſula degener Rivini, *Tithymalus cypariſſias foliis punctis croceis notatis*, Τιθυμαλος ςικτοφυλλος. Raro floret; inveni tamen Junio florentem in monte Spizberg. Reliquis minus venenata a capris comeditur, quas purgat. Schreb. Samml. verm. Schr. 6. Th. p. 312.

Euphorbia amygdaloides Linn. petite Tithymale à feüilles d' Amandier, Τιθυμαλος Χαρακιας Διοσκοριδου, Euphorbiſche Pflanze mit dem Mandelbaumblatte, kleine Wolfsmilch mit dem Mandelblatte; floret Majo in ſilva montis Balingenſis Lochenſtein. Hujus ſemina, quamvis ſale & aceto correcta, acerrima, violentiſſime irritant; radix innocentior, emetica tamen & purgans, inſtar radicis prioris, Lutetiis ſub nomine pulveris febrifugi vendita fuit.

Euphorbia ſylvatica Linn. *Tithymalus ſylvaticus lunato flore*; Euphorbiſche Waldpflanze, Waldwolfsmilch; floret Majo in viis & ſilvis.

Euphorbia umbella quinquefida, bifida, involucellis ſubcordatis, foliis ſuborbicularis linearibus obtuſiuſculis crenulatis; floret Junio in montoſis.

Euphorbia foliis crenatis alternis lanceolatis acutis, floribus terminalibus, caulibus erectis; floret eodem tempore ad vineas.

Euphorbia herbacea inermis, foliis cochleariformibus crenulatis, floribus congeſtis terminalibus, involucellis ſubrotundis crenulatis; floret Julio ſponte in hortis. Sem-

Sempervivum tectorum Linn. *Sedum majus vulgare*, Joûbarbe, Semprana, Sempreviva, Αειζωον μεγα Διοσκοριδου, Greater Houſe-Leek, Huyslook, Donderbaart; Dachlauslaub, Hauswurz: floret Julio & Auguſto in tectis & muris. Succulenta planta, ſaporis ſubacris herbacei refrigerantis, a Cl. Kannengieſſer in cancro commendata, ſuccum præbet refrigerantem, qui depuratus flaveſcens, admiſta æquali ſpiritus vini copia, coagulum album volatile præcipitat.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

Prunus Padus Linn. Παδος Θεοφραςȣ, wild Bird-cherry, Laurier-Kers, ſchwarze Vogelkirſchen, Traubenkirſchen, Traubelkirſchen, wilder Traubelkirſchenbaum, Altbaum, Stinkbaum, Tölpelgrasbaum, Schiesbeere; floret Aprili & Majo in ſepibus, præſertim adjacentibus viæ, quæ ducit juxta Nicarum Luſtnaviam. Arboris macro, arido ſolo contentæ, in uliginoſo humiliori læte creſcentis, ſepibus denſis ineptæ, ripas ab irruentium fluminum violentia conſervantis, Gled. l. c. 2. p. 412. hinc ad aggeres paludum in ſilvis exſtruendos commendatæ ibid. 3. p. 395. cui etiam pyrus malus, aut communis, aliæ quoque arbores inſeri poſſunt, ſed fructus inde nati acerbum concipiunt ſaporem, niſi paululum fermenteſcant. Schreb. Samml. verm. Schr. 8. Th. p. 40. ſqq. lignum

num trunci læve, flexile, manubriis, ramorum flagellis & fiſtulis tabacariis Geſn. phyt. ſ. g. p. p. 6. p. 28. alburnum variis inſtrumentis aptum eſſe Erhart. l. c. 4. B. p. 34. ramulos & mures a frumento in horreis, & equos ab avena in præſepi arcere tradit Schreb. n. Cameralſchr. 5. Th. p 273. Baccæ, Septembri maturæ, nauſeoſæ, ad dimidii pollicis profunditatem terræ committendæ, & proximo vere germinantes, contra dyſenteriam commendatæ Schreb. l. m. c. ſale adſperſæ a Suecis, cum vino aut ſpiritu vini infuſæ a Norwegis eſitantur.

Prunus Ceraſus avium Linn. gemeine Vogelkirſchen; floret Majo in ſepibus montis anatolici: Fructus viribus cum fructibus reliquarum varietatum conveniunt.

Prunus avium Linn. Meriſier, Black-cherry, Krieke-boom, Waldkirſchen, wilder ſüſer Kirſchenbaum, ſchwarzer Vogelkirſchbaum; floret Majo in ſilvis: Arboris, apium culturæ faventis folia ſues ſaginant, Act. acad. reg. Scient. Suec. Vol. XXIV. 1763. trim. 3 p. 249. ſqq. fructus maturi, dulces, nigro colore inficientes, refrigerant, alvum leniter ducunt, ſcopo etiam aperiente ex principio ſaponaceo commendandi; fermentatione ſpiritum exhibent ardentem notiſſimum, deſtillatione aquam nervinam, & mixtione cum vino generoſo vinum gratiſſimum analepticum.

Pru-

Prunus ſpinoſa Linn. Prunellier, Prunier ſauvage, Prugno ſelvatico, Αγριοκαιμηλον Διοσκοριδȣ, Blackthorn, Sloebuſh, Slee-doorn, wilde Pruym-boom, Schlehen, Schlehendorn, Schwarzdorn; floret Martio, Aprili & Majo in ſepibus. Planta, ovibus noxia, quæ lanam in ipſius ſpinis relinquunt, ſepibus aptiſſima Erhart. l. c. 2. B. p. 101. ob reptantes tamen nimis radices, & numeroſa, quæ alit, inſecta, minus idonea. Geſn. phytogr ſ. g. p. p. 5. p. 34. lignum durum, tenax, compactum, glaberrimum præbet, mathematicis, tornatoribus, fabris & ſculptoribus lignariis gratum. Geſn. l. m. c. p. 6. p. 28. corticem trunci feris gratum, & caſeos a putredine conſervantem Erhart. l. m. c. flores recentes cum aqua infuſi alvum ducunt, & apibus bruneæ ceræ materiem ſuppeditant. Hagſtrœm l. c. p. 10. fructus maturi cum ſpiritu vini & ſucco pomorum miſti deliciosum Anglorum vinum oporto præbent. Erhart. l. m. c. ſuccoque turgent, qui inſpiſſatus adſtringens ſucco acaciæ ægyptiacæ ſubſtituitur; & ſiccati muſtoque miſti gratum & odore & ſapore vinum præbent, quod non viſcidum ſit. Erhart. l. m. c. p. 100.

DIGYNIA.

Cratægus torminalis Linn. Sorbier torminale, Tormigne, Aliſier, Aliſier à feüilles decoupées, Aliguier, Alier, Anier, Algretier,

gretier, Κραταιγος Θεοφραςυ, wild Service, Maple-leaved Service, Elſebeere, Arlsbeere, Darmbeere, Meelbeere, Atlasbeere, Elrizen, Eſchröſel; floret Majo in ſepibus. Lignum durum, album, ſæpe fuſceſcens, variis & muſicorum inſtrumentis, & tornatorum & ſcriniariorum operibus aptum. du Roi l. c. p. 189. 190. Fructus farinoſi crudi a noſtratibus comeduntur, & cum baccis ſorbi conveniunt.

Cratægus Oxyacantha Linn. E'pine blanche, Aubépine, Noble E'pine, Spina alba, white Thorn, Hawthorn, gemeiner Hagdorn, Weißdorn, Meeldorn, unſerer lieben Frauen Birnlein, Möllerbrod; floret Majo frequentiſſime in ſepibus: Cortex extus cineraſcens, intus rubellus; folia glabra, multa, petiolata: Flores ſubumbellati, graveolentes, antheris primo rubris, poſtea fuſcis. Septis viridibus pulchris, denſis & perennibus aptiſſimus frutex, monentibus etiam act. ſociet. Tigur. nat. Indagat. 2. B. 1764. 6. St. & denſa fronde delectans, & tonſionem admittens, & radicibus non luxurians, cui etiam haud inepte pyrus communis inſeritur Erhart. l. c. 2. B. p. 104. ad altitudinem 10. ulnarum, craſſitudinem duarum cum quadrante aliquando excreſcens, lignum præbet in radice pulchrum, pyxidibus aptum; in trunco albidum, variegatum, poſt buxeum duriſſimum, molitoribus & fabris rotariis expetitum; flores, qui

qui pallidæ ceræ materiem exhibent apibus Hagſtrœm l. c. p. 10. aquam deſtillatam officinis, in nephritide, calculo, & colica laudatam; folia, quibus utuntur feræ ad ſcabiem præcavendam Erhart l. m. c. & baccas, quæ immaturæ adſtringunt, maturæ, dulces, mucilaginoſæ, ab avibus & pauperibus comeduntur. Erhart. l. m. c. p 103. porcos ſaginant. du Roi l. c. p. 182. diarrhœas ſiſtunt ibid. in pulverem contuſæ, aut cum vino infuſæ, aut deſtillatæ, nephriticis & calculoſis commendantur; ex quibus etiam Helveti hinc inde potum cereviſiæ æmulum parant. du Roi l. m. c.

TRIGYNIA.

Sorbus domeſtica Linn. Sorbier, Cornier domeſtique, Sorbo, Sorbolajo, Οὖ, Οὖη Διοσκορίδȣ, Service, Sorben-boom, Spreeboom, zahmer Sperberbaum, Speyerling, zahmer Vogelbeerbaum, zahmer Spierlingbaum, Sorbäpfel, Sporbirn, Eſchröslein, Eſcherizen; floret Junio in monte Balingenſi Schalksberg; Fructus maturi grati & odoris & saporis, adſtringunt, hinc varia ſub forma, ſaccharo etiam conditi, in fluxibus & alvi & ſanguinis commendantur; ſtomachicam etiam iis virtutem tribuunt alii; pulvis externe adhibitus exſiccat; ſuccus expreſſus fermentatione in muſti pyracei ſimilem liquorem abit.

PENTAGYNIA.

Pyrus communis Pyraſter Linn. Poirier

ſauvage, Poirier des bois, Pero ſelvatico, Αχερας, Οχνη, wild Pear-Tree, wilde Peereboom, wilder Birnbaum, Holzbirnenbaum, Knötelbaum; floret Majo & Junio in ſilvis. Cortex radicum coriis parandis inſervit. Gled. l. c. 1. p. 19. ex floribus apes & mella legunt & ceram. ibid. 2. p. 155. Fructus adſtringit, & cultarum arborum fructibus ſapore & conſiſtentia admodum diſſimilis eſt, tamen cum ſequentis arboris fructu miſtum optimum Anglorum vinum exhibere tradit Miles in Philoſoph. Transact. 1745. nr. 477. art. 4. immaturus fructus coriis parandis aptus. Gled. l. c. 1. p. 19.

Pyrus Malus ſilveſtris Linn. Pommier ſauvage, Pomaro ſelvatico, Μηλος αγρια, Crapp apple-tree, Wilding, wilde Appelboom, wilder Apfelbaum, Holzapfelbaum; floret Majo & Junio in ſilvis. Lignum durius adhuc ligno pruni ſpinoſæ Geſn. phytogr. ſ. g. p. p. 6. p. 28. cortex citrino colore pannos imbuit; foliis ſaginari poſſunt porci v. Act. acad. reg. Scient. Suec. Vol. XXIV. 1763. trim. 3. p. 249. ſqq. flores apium culturæ maxime faventes multam & mellis & ceræ materiem præbent. Gled. l. c. 2. p. 155. Fructus acidus, auſterus, ſcopo adſtringente olim uſitatus, ſuccum exhibet, ex quo acetum parari poteſt.

Spiræa ſalicifolia Linn. Spierpflanze mit dem Weidenblatt, Spierſtaude, groſe Spierſtaude mit breiten Weidenblättern, ſpaniſche Wei-

Weide; Invenit in ſepibus pometi Brakenheimenſis Cl. Hiller ſponte natam; ſepibus ineptam plantam, niſi humilioribus, Gled. l. c. 2. p 414. Ex floribus pollen antherale ceræ adaptant apes. Gled. l. c. 2. p. 220

Spiræa Aruncus Linn. *Barba capræ floribus oblongis*, Δρυμοπωγων, Berggeiswedel, Waldboksbart, Waldbart, Geisbart; in ſilvis. Caules lignoſi. Radix ejus viribus cum ſpiræae ulmariæ radicibus convenit; herba coriis parandis inſervit. Gled. l. c. 1. p. 17. flores apibus materiem ceræ præbent. ibid. 2. p. 221. Sepibus apta planta per diviſionem & translationem radicis propagari poteſt. ibid. 1. p. 17.

Spiræa Filipendula Linn. Filipendule, Οινανθη, Dropwort, roode Steenbreek, wilde Gerwe, rother Steinbrech, Wildgarben, Filipendul; floret Junio in pratis Kilchbergenſibus. Plantæ coriis parandis aptæ Gled. l. c. 1. p. 17. radix porcis quæſita Linn. flor. ſuec. nr. 439. granuloſa, adſtringens, amaricans, fibris roborandis, mucoſis humoribus corrigendis, apta creditur; alii aperientem ei virtutem tribuunt, alii in epilepſia, alii in morbis renum & veſicæ commendant, alii in ſcrophulis; herbam ſubamaram, lenius adſtringentem, in ictero commendatam amant pecora; flores odorati materiem ceræ præbent apibus Gled. l. c. 2. p. 168. quæ alba fit; Hagſtrœm l. c. p. 10.

Spiræa Ulmaria Linn. *Ulmaria Cluſii*,

 Rei-

Reine des prés, Vignette, petite Barbe des chevres, Barba di Capra, Meadow-ſweet, Queen of the Meadows, Geytebaard, Koningin van de Velde, Johanniswedel, Wieſenwedel, Wieſenbokſsbart, Geisbart, Geiswedel, Geisfus; floret Junio & Julio in ſilvis humidis, & in pratis, ad viam, quæ ducit in villam Schwärzloch, ſitis. Plantæ leniter adſtringentis, coriis parandis aptæ Gled. l. c. 1. p. 17. capris gratæ, reliquis animalibus ob rigidiores caules deteſtatæ, bobus tamen Norwegicis acceptæ v. Gunner. c. l. c. T. I. nr. 215. flores odorati, qui gratum vino ſaporem conciliant, & ceræ melliſque materiem ſuppeditant apibus. Gled. l. c. 2. p. 191. præbent aquam deſtillatam ſudoriferam, qua pariter virtute præter adſtringentem & abſtergentem pollere dicitur extractum radicis.

POLYGYNIA.

Roſa eglanteria Linn. Eglantine, Eglantine Shrub, Weinroſe, Dünenroſe, Pimpinellenroſe; in regione Zabergovienſi obſervavit Cl. Hiller; folia vinum olentia coriis parandis apta Gled. l. c. 1. p. 19. flores apibus gratiſſimi; ibid. 2. p. 165.

Roſa gallica Linn. franzöſiſche Roſe; floret Junio in monte anatolico; Caulis ſetis & aculeis mitioribus munitus; folia pinnata: foliolis tribus aut quinque ſerratis lanceolatis ſubpetiolatis; ſpetioli pariter aculeis mitiori-

tioribus & ſetis parvis nonnunquam muniti; pedunculi cum germinibus & inferiore calicis pagina hiſpidiſſimi, quaſi ferruginei; calicis laciniæ intus villoſæ, ciliatæ, ex lato principio verſus medium attenuatæ, iterumque lateſcentes; binæ integerrimæ; tres appendiculatæ terminatæ nonnunquam proceſſu folium referente: appendicibus linearibus, mox dentatis, mox integerrimis; flores ſuaveolentes, rubelli, magni.

Roſa ſempervirens Linn. immergrüne Roſe; floret Junio in ſepibus, præſertim montis anatolici: Caulis cum petiolis & pedunculis ex viridi rubens; folia pinnata: pinnis alternis, ſubpetiolatis, glabris, ſubciliatis, ſerratis, plerumque quinis; petioli ſetis aculeisque muniti ferrigineis; bracteæ ciliatæ; foliola calycis quinque, ſubtus hiſpida: duobus integerrimis, tribus pinnatifidis aut appendiculatis: appendicibus lateralibus & terminalibus ſublinearibus ciliatis ſubintegerrimis, intus villoſa; petala magna emarginata incarnata, venoſa; flores ſuaveolentes.

Roſa canina Linn. Roſe ſauvage, Roſe de chien, Roſa ſelvatica, Κυνοσβατος, Heptree, wild Roſetree, Hondsroos, wilde Roos, Bottel-roos, wilde Roſe, Feldroſe, Hekroſe, Hanbüttenſtrauch; floret Junio in ſepibus & dumetis. Caules & petioli aculeati; poſteriores ſæpe loco aculeorum ſetis inſtructi; folia pinnata: foliolis plerumque

quinis aut ſenis ovatis, acutis, ſerratis, glabris; aculei caulis ut plurimum gemini, oppoſiti, rigidi; ſtipulæ adnatæ, oppoſitæ, vaginantes; petala quinque incarnata aut alba, ſubundulata, emarginata: unguibus anguſtioribus, pallide luteis: Calicis laciniæ intus villoſæ extus glabræ, margine tamen interdum villoſo, ex principio lato verſus medium attenuatæ, altero fine iterum lateſcentes; binæ integerrimæ, tres quaſi pinnatifidæ aut appendiculatæ: pinnis aut appendicibus angulo acuto oriundis, nunc integerrimis, nunc dentatis, nunc pinnatifidis. Folia coriis parandis inſerviunt. Gled. l. c. 1. p. 19.

Roſa alba Linn. weiſſe Roſe, weiſſe Gartenroſe; floret Junio in ſepibus; aculei caulis rigidi, pauci, hamati, ſubfuſci, petiolorum minores: Petala alba, aut incarnata, bifida, ſubcordata; foliola calicis quinque concava, mucronata, intus & margine villoſa, infra glabra, ex viridi rubella; bina integerrima; tria ciliata, uno, duobus vel tribus dentibus inſtructa: Folia pinnata: foliolis quinis ſerratis ſupra viridibus ſubtus glaucis; caulis cum petiolis ſæpe rubens. Ex floribus multum ceræ legunt apes. Gled. l. c. 2. p. 220.

Roſa ſpinoſiſſima Linn. ſehr dornichte Roſe, kleine ſehr dornichte Hekroſe mit der ſchwarzen Frucht; floret Junio in ſepibus montis anatolici, & Julio in ſilva Uracenſi juxta viam Blabyrenſem Ulmerſteige; flores hujus, ut cani-

caninæ, apium culturæ favent. Gled. l. c. 2. p. 165.

Roſa germinibus ovatis, caule, petiolis, pedunculis & foliis glaberrimis; floret Junio in ſepibus: Folia pinnata: foliolis ſubſeſſilibus, argute ſerratis, plerumque ſeptenis, ſublanceolatis: Stipulæ ciliatæ: Petala alba.

Roſa germinibus ovatis, petiolis pedunculisque hiſpidis, caule glaberrimo inermi; floret Junio in ſilva Burgholz; in hac pedunculi ſæpe glabri; calicis laciniæ inæquales medio attenuatæ, utroque fine latiores; binæ integerrimæ; tres pinnatifidæ: pinnis ciliatis inæqualibus & numero & magnitudine, ſubparallelis, quaſi appenſis.

Roſa germinibus ovatis, petiolis pedunculisque hiſpidis, caule aculeato; floret Junio & Julio juxta viam, quæ ducit trans montem Schloßberg in montem Spizberg: In hac laciniæ calicis intus glabræ virides, extus hiſpidæ rubræ, binæ integerrimæ margine tomentoſæ, apice ſubulato, tres appendiculatæ ciliatæ: appendicibus ſublinearibus angulo acuto oriundis denticulato-ciliatis; germen ſupra glabrum rubens, infra hiſpidum viride; petala emarginata, roſea; Bracteæ ciliatæ.

Roſa germinibus ovatis, verſus caulem hiſpidis, caule petiolisque aculeatis, pedunculis hiſpidis; floret Julio in monte anatolico; Flores ſuaveolentes incarnati, parvi,

in ſummitate caulis ſolitarii, bini aut terni: Folia pinnata ſcabra; foliolis ſubrotundis, ſerratis.

Roſa germinibus ovatis & caule aculeatis, petiolis pedunculisque hiſpidis; floret Julio in ſilva, quam peragrant pede Tubinga Entringam profecturi. Omnes hæ memoratæ ſpecies, ſepibus aptæ, niſi nimis luxuriarentur radices Gled. l. c. 2. p. 415. radices exhibent abſtergentes & leniter adſtringentes; folia porcis impinguandis apta. Act. acad. reg. Scient. Suec. Vol. XXIV. 1763. trim. 3. p. 249 ſqq. flores odoratos, leniter purgantes; fructus adſtringentes, ſubdulces, ex quibus paratur ptiſana hydropicis commendata, & conſerva in fluxibus alvi ſiſtendis, humoribus acribus involvendis, doloribus calculi & nephriticis leniendis, teſte præcipue Hofero Act. Helveticorum Vol. II. art. 6. p. 47 ſqq. laxitate ventriculi tollenda efficax; ſemina, ad ſabulum nephriticum expellendum laudata; & opera Cynipis roſæ, fungum ſic dictum Bedeguar, Schlafapfel, in rabie canina celebratum. v. de hoc plantarum genere Hermann diſſerv. de roſis. Argentor. 1762. & du Roi diſſtat. de roſis. Argentor. 1762. & du Roi diſſert. ſiſt. obſervation. botanic. 1771. qui ſpecies ex calicis foliolis determinant.

Rubus idæus Linn. Framboiſier, Ronce du Mont Ida, Geſſo, Βατος ιδαια Διοσκοριδȣ, Raſp-berry-buſh, Braamroſen met roode Vruchten, Himbeerſtrauch, gemeine Hindbee-

re;

re; floret Junio in ſilvis Luſtnavienſi, & Bebenhuſana: Plantæ, uti duæ ſequentes, ſepibus & ambulacris umbroſis aptæ, folia & flores, ex quibus, ut ex cæſii & ſaxatilis pollen antherale legunt apes Gled. l. c. 2. p. 168. leniter adſtringunt & abſtergunt, ac gargariſmatis pro anginoſis addi poſſunt; fructus odore & ſapore gratiſſimus, dulcis, refrigerat, humectat, urinam pellit, ſyrupo, julapio, aceto, oxymelle, gelatis, rob, vino, & cereviſia notiſſimus. v. de hac planta Rud. Jac. Camerer diſſert. de rubo idæo. Tub. MDCCXXI.

Rubus cæſius Linn. Bokſbeere, Akerbeere, Brombeerſtrauch, Traubenbeere, blaue Krazbeere, Fuchsbeere, Akerbremen, Χαμαιβατος Θεοφραςȣ; floret Junio in ſepibus. Baccæ edules, gratæ, ſed minus, quam ſequentis.

Rubus fruticoſus Linn. Ronce ordinaire, Ronce commune, Meure de renard, Meure de buiſſon, Meure ſauvage, Rovo, Βατος Διοσκοριδου, Bamble-buſh, Black berry-buſh, Braame, Brombeerſtrauch, groſe Brombeerſtaude; floret Junio in ſepibus & ſilvis. Plantæ, agricolis exoſæ, quæ non poteſt deleri, niſi Majo & Julio ſingulis quatuordecim diebus, remota tam ſuperinjecta, quam circumjacente terra, radices extrahantur, &, ſi aretur ager, pone aratrum ejecti ejus ſurculi ſeligantur & rejiciantur. Schreb. Samml. verm. Schr. 7. Th. p. 171. quæ to-

ta Veteribus ſcopo adſtringente & diuretico adhibita fuit, explendis lacunis ſepium aptæ Gled. l. c. 2. p. 416. radix in calculo prodeſſe, Februario & Martio effoſſa & cum melle cocta aperire, atque hydropi mederi; germina coriis parandis idonea Gled. l. c. 1. p. 19. turionum ſuccus inſpiſſatus aut folia vulneraria, coriis parandis inſervientia Gled. l. m. c. contuſa puſtulas cutis & hæmorrhoidas pellere, flores hæmoptoicis prodeſſe, aliquid ceræ præbere apibus Gled. l. c. 2. p. 176. Baccæ acidulæ, veſcæ, nigræ, refrigerantes, & vinum & ſpiritum ardentem ſuppeditantes, in hæmoptyſi conducere perhibentur.

Rubus ſaxatilis Linn. Felſenhindbeere, kleine Steinbeere; floret Junio in ſepibus montis anatolici. Fructus pueris expetiti, teſte Kraſcheninnikow l. c. cum melle fermentati, optimum ſpiritum deſtillatione præbent.

Fragaria veſca ſilveſtris Linn. *vulgaris*, Fraiſier ſauvage, Fragaria ſalvaggia, Strawberry-buſh, Aardbezye-Kruyd, gemeine wilde Erdbeerpflanze, Presſinge, Erdbeerkraut, Knakerbeere, rothe Beſinge. Floret Aprili & Majo in ſilvis & montoſis. Radix adſtringit; folia pariter adſtringunt & amaricant, coriis parandis apta Gled. l. c. 1. p. 18. utraque inodora: Fructus acido-dulcis, fragans, odore ſuo fotium eo largiter utentium imbuens, refrigerans, urinam pellens, cardiacus, parum laxans & nutriens, qui etiam

etiam ſtrenue comeſtus Ill. Linnæum a podagra liberavit, menſarum noſtrarum deliciæ, ex quo & vinum, Americæ borealis incolis uſitatum, & acetum & ſpiritus ardens paratur, & per deſtillationem aqua obtinetur ſumme nervina.

Potentilla Anſerina Linn. *Pentaphylloides argenteum alatum*, Argentine, Silverweed, wild Tranſey, Ganſerich, Silverkruyd, Silverſchoon, Gänſerich, Gänſekraut, Grünſing, Silberblatt; floret a Majo in Septembrem uſque ad vias. Plantæ coriis parandis Gled. l. c. 1. p. 17. arenæ contegendæ & ligandæ aptæ ibid. l. c. 3. p. 98. pratis noxiæ Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 11. pecoribus amatæ, teſtibus Ill. Linnæo & Gled. l. c. 3. p. 98. contradicente licet Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 11. 12. ubi & ſiccata & recens ſolis anatibus amari traditur; radix inodora eſt, grateque dulcis, quam hieme inſtar paſtinacæ edulem eſſe tradit Rajus, & Scotis atque Hibernis in annonæ difficultate panem præbere Erhart l. c. 3. B. p. 169. & 6. B. p. 7. folia ſaporis herbacei, inodora, in ſolo argillaceo, lutoſo, argentea, in alio quocunque viridia, & in ſucco & in decocto aquam præbent, coſmetico & ophthalmico olim uſu celebrem, plantæ inodoræ, ex principiis fixis agentis, inertem.

Potentilla recta Linn. aufrechte Potentille; floret Aprili & Majo in montibus: Cortex ra-

radicis ruber, folia petiolata hiſpida; ſtipulæ lineares hirtæ; caulis procumbens; flos erectus, calix hirtus.

Potentilla argentea Linn. ſilberfarbige Potentille, groſes Steinfünffingerkraut, Fünffingerkraut mit weiſſen Blättern, falſo Gänſerich: Junio menſe in ruderatis circa urbem Carlsruh florentem inveni. Coriis parandis aptam plantam Gled. l. c. 1. p. 17. oves non comedunt.

Potentilla verna Linn. *Pentaphyllum minus repens luteum*, Petite jaune Quintefeüille, Cinquefoglio giallo piccolo, Πενταφυλλον ξανθον μικρον, ſmall yellow Cinquefoil, Frühlingspotentille, kleines frühzeitiges Fünffingerkraut; floret Martio & Aprili in montoſis. Pecoribus ſalubris planta junior præſertim ob admixtam mucilaginem minus adſtringit, quam reliquæ ſpecies.

Potentilla alba Linn. *Pentaphyllum album majus alterum*, Grande blanche Cinquefeüille, Cinquefoglio grande bianco, Πενταφυλλον λευκον μειζον ετερον, great white Cinquefoil, weiſſe Potentille, weiſſes Bergfünffingerkraut, weiſſes niedriges Bergfünffingerkraut; floret Aprili & Majo in ſilvis, præcipue montis Spizberg, montis Blaſii, & Burgholz; nec non in ericetis juxta viam, quæ ducit trans montem Schloßberg in montem Spizberg, ſitis. Caules & dorſum foliorum lanugine alba conſperſi; pedunculi ex alis ſtipularum integerrimarum lanceolatarum naſcen-

ſcentes; folia, proxima floribus, ſæpius terna, ſumma bina oppoſita apice ſerrata; radix intus rubra, extus fuſca, adſtringens, amara, forſan coriis parandis idonea; ſtamina nullum dedere irritabilitatis indicium.

Potentilla reptans Linn. *Pentaphyllum majus repens*, Quintefeüille commune, Cinquefoglio volgare, Πενταφυλλον ξανϑον μειζον, Common Cinquefoil, Vyf Vingerkruyd, Fünffingerkraut; floret Junio in monte anatolico frequens. Radix modice adſtringens & exſiccans, coriariis fortaſſis utilis, in fluxibus alvi aliisque, in laxitate partium oris varia forma exhibetur; corticem ejusdem validius adſtringentem, alii, ut Kalmius l. c. T. II. p. 441. ſqq. febres, alii icterum fugare, alii phthiſicos & podagricos ſublevare tradunt.

Tormentilla erecta Linn. *alpina vulgaris major*, Tormentille, Tormentilla, Tormentil, Septfoil, Tormentil, Sevenblad, aufrechte Blutwurz, Blutwurz, gemeine Rothwurz, Ruhrwurz, Heilwurz, Tormentill; floret a Majo ad Septembrem in ſilvis: Plantæ, quæ coriis rubris parandis Gled. l. c. 1. p. 18. impinguandisque porcis inſervit Erhart. l. c. 7. B. p. 51. & folia valide ſatis & grate adſtringunt, & radix; poſterior validior officinalis in omnibus caſibus commendanda, qui adſtrictionem requirunt, cum baccis viburni opuli in aqua cocta pannos rubro colore inficit Schreb. n. Cameralſchr. 5. Th.

5. Th. p. 277. & extractum præbet, quod ſiccatum, notante Leyſero, ſanguini Draconis ſubſtitui poteſt.

Tormentilla reptans Linn. *ſylveſtris*, kriechende Blutwurz; floret Julio in ſilva Blabyrenſi Tiefenthal; in colle Schwärzloch & herbidis planitiei invenit Duvernoy.

Geum urbanum Linn. *Caryophyllata vulgaris*, Benoite, Garofanata, Avens, Herb benet, gezegend Kruyd, gewürznelkenartige Merzwurz, Merzwurz, gemeine Garaffel, Benedictenkraut, Benedictwurz, Nelkenwurz; in ſepibus Ameræ invenit Duvernoy. Floret Junio in ſepibus montis Oeſterberg ex anteriore & poſteriore latere. Radix primo veris initio effoſſa, caryophyllos aromaticos olet, & vini & cereviſiæ optimum condimentum, quam & odore caryophyllorum imbuit, & diu recentem conſervat, teſtibus Abh. d. kön. ſchwed. Geſ. d. Wiſſ. 1740. 2. Bri. ſaporis adſtringentis, calidi, amari, ſudorifera, ſtomachica, roborans, podagricis etiam commendata, coriis parandis apta Gled. l. c. p. 1. p. 18. deſtillatione præbet oleum æthereum, concreſcens, aqua ſpecifice ponderoſius, & aquam acidam odoram aromaticam: Folia amara ſunt exſiccantia & adſtringentia; juniora, uti ſequentis ſpeciei acetariis adduntur, ovibus quoque amata. Gled. l. c. 3. p. 350.

Geum rivale Linn. *Caryophyllata aquatica nutante flore*, Waſſermerzwurz, Waldbene-

dict-

dictwurz, Waſſerbenedictwurz, Wieſengaraſſel, Bergbenedictwurz, Water-avens, Garoſanata delle acque, Benoite des eaux: Floret Majo in pratorum rivulis & in ſilvis. Tota planta hirſuta: Calix fuſco purpureus; petala albida carina & marginibus ſtriisque dilute rubris: Semina piloſa numeroſa. Adſtringens & roborans planta & ſola, & aliis, præſertim cortici peruviano, miſta, & in ſubſtantia, ut dicunt, & in extracto præcipue radicis febres intermittentes fugare, fluxusque alvi & ſanguinis compeſcere comperta eſt a Cl. Kalmio. Reſa till Norra-America pä Kongl. Svenska Vetenskaps Academiens befallning och publici Koſtnad. p. 2. p. 150. ſqq. & Bergio in act. acad. reg. Sc. Suec. Vol. XVIII. 1757. trim. 2. art. 3. Suis etiam coriariis adnumerat hanc plantam Cl. Gled. l. c. 1. p. 18.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

Actæa ſpicata nigra Linn. *Chriſtophoriana vulgaris major noſtras racemoſa & ramoſa*, Chriſtophskraut, gemeines Chriſtophskraut, Chriſtophswurz, ährenförmiges Schwarzkraut, *Ακταιη*, Erba di Sto. Chriſtoforo, Herbe de St. Chriſtofle; Inveni menſe Majo in ſpelunca montis Spizberg reſpiciente torcular quartum, & in montibus Balingenſibus Lochenſtein & Schalksberg floridum: Suſpectæ plantæ radicem radici hellebori nigri ſubſtitui poſſe

poſſe contendit Cl. Lieutaud. Synopſ. univ. prax. medic. P. II. Amſtelæd. 1765. p. 639. baccas, quæ cum alumine coctæ atramentum præbent, inter venena acria refert Crantz. l. c. T. III. p. 31. quarum tamen extractum ad grana duodecim absque malo effectu exhibitum vidit Sauvages. Memoir. de l'acad. des Sciences à Paris. 1739.

Chelidonium majus Linn. *majus vulgare*, Chelidoine, Eclaire, Felougue, Chelidonia, Χελιδόνιον, Celændine, ſtinkende Gouwe, Schölkraut, Schwalbenkraut; floret Majo & Junio ad muros creberrimum. Plantæ ovibus intactæ radix profunde rubra, herba glauci coloris, utraque amara, acris, pungens, urens, graveolens, ſuccum ſtillat vulnerata aurei coloris, acrem, rodentem; Herba olim aut per ſe, ut ajunt, aut infuſa, ſcopo aperiendi, ſudores & urinas pellendi interno uſu adhibita, & ictericis hydropicisque præſcripta fuit: Flores lutei, facileque decidui, caulisque ſuccum illum pariter ſtillant: Apium hac planta utentium cera citrina fit. Hagſtrœm. l. c.

Papaver rhœas Linn. *erraticum minus*, Coquelicot, Pâvot rouge, Papavero ſelvatico, Μηκων ῥοιας, Red poppy, Cornroſe, Koornroſen, Klaproſen, Kankerbloem, Klapperroſen, gemeine Klapperroſen, Klatſchroſen, Kornroſen, Feldmohn, Grindmagen, Schnallen; floret Junio & Julio in agris. Foliorum ſapor amariuſculus, ſubdulcis & ingratus

tus Gled. l. c. 1. p. 310. flores parum odorati, ceræ etiam materiem apibus præbentes, Gled. l. c. 2. p. 207. preſſi ſuccum rubri coloris exhibent, quem & aquæ, & exaltatum acidis impertiuntur; leviter anodini, & olim in pleuritide, catarrhis pectoralibus, tuſſibus ferinis & colica flatulenta exhibiti: Pericarpia ejus pericarpiis papaveris ſomniferi ſubſtitui poſſe judicat Chomel. l. c. p. 92.

Nymphæa alba Linn. Nenufar blanc, Blanc d'eau, Lis d'etang, Volet, Plateau à fleurs blanches, Ninfea bianca, Νυμφαια, white Water-lily, witte Plompe, Waterroſen, Meerbladen, weiſſe Seeblume, weiſſe Seeplumpen, Waſſertulipan; floret Julio in lacu ad mœnia cœnobii Blabyrenſis. Plantæ hujus, quam lotum ægyptiam eſſe, in monetis antiquis frequentem, contendunt in Gentleman's Magazine: April. 1759. radix mucilaginoſa, amariuſcula, in Suecia in annonæ caritate ſine noxa comeſta, coriis parandis aptiſſima Gled. l. c. 1. p. 21. refrigerat, involvit & utroque hoc ſcopo variis in morbis prodeſt: Flores recentes, graveolentes, ſiccati fere inodori aquam, conſervam, oleum anodinum, & mel officinis præbentes, cum foliis coriis parandis inſerviunt Gled. l. m. c.

Nymphæa lutea Linn. gelbe Seeblumen, gelbe Seeroſen, gelbe Seeplumpen, Kannenplumpen, Nixblumen; in regione Zabergovienſi

vienſi Cl. Hiller. Plantæ ovibus contemtæ radix coriis parandis aptiſſima Gled. l. c. 1. p. 21. cum lacte contuſa gryllos domeſticos & tineas occidit, uti folia, porcis grata; hæc & flores coriis etiam parandis inſerviunt. Gled. l. m. c.

Ciſtus Helianthemum Linn. *Helianthemum vulgare flore luteo*, Corde ſchol, Helianteme, Herbe d'or, Hyſſope des Garrigues; Heyden-Yſop, Eliantemo, Ciſtenröslein, das der Sonnenblume gleichet, Goldröslein, Sonnenblümlein, Heidenſchmuk, Sonnengunſel; Majo & Junio in apricis & ad vias montanas. Radix inſipida; herba inodora; caulis nonnunquam rubellus; folia leniter adſtringunt, hinc inter vulneraria relata: petala ſubtiliter crenata, alias integra, alias bifida, alias triloba cordata; calices villoſi: Ex ſtaminibus materiem ceræ petunt apes Gled. l. c. 2. p. 172. quæ profunde flava fit. Hagſtrœm. l. c. p. 4. Filamenta irritabilitatis indicia exſerere & egomet obſervavi, & teſtantur Cl. Adanſon famill. des plantes. T. I. p. 59. & T. II. p. 437. & du Hamel Phyſique des arbres. T. III. p. 167.

TRIGYNIA.

Delphinium Conſolida Linn. *Delphinium ſegetum fl. cærul.* Pié d'alouëtte ſauvage, Conſolida reale ſalvaggia, Δελφινιον αγριον, wild Comfrey, wild Kings conſound, wild Larkſpur, Ritterſporen, Feldritterſporn, gemeine

meine Ritterſporn, wilde Lerchenklauen; floret Junio & Julio in agris, præſertim ad vias Reutlingenſem & Hechingenſem, ſitis. Caulis diviſus incanus, ſuberectus, folioſus: Folia inferiora petiolata, ſuperiora ſubſeſſilia: Flores læte cærulei pedunculati, nectarii cornu longo diſcolore: Radix tenuis, lignoſa, fibroſa, intorta, ſubconica, nephriticis commendata. Hiſt. de l'acad. royale des Sciences à Montpellier. 1766. Lyon T. I. p. 175. ſqq. Herba ſubadſtringens, vulneraria: Flores vix odori, auſteri, piſtoribus ſaccharinis etiam noti, apibusque plurimum mellis præbentes Gled. l. c. 2. p. 205. cum alumine cocti colorem cæruleum ſuppeditantes Linn. amœn. acad. Vol. V. p. 330. olim cum conſerva inde parata vulnerariis & ophthalmicis adſcripti ſunt: Plantam totam & Boerhaavius & Ill. Linnæus ad venena referunt.

Aconitum lycoctonum Linn. Aconit jaune, Aconito giallo, Ακονιτον λυκοκτονον, Yellow Iron-wort, Yellow Helmet-Flower, gele Wolfswortel, gelber Sturmhut, gelbes Eiſenhütlein, gelber Wolfsgift, Wolfswurz; floret Junio & Julio in montibus Balingenſibus Schalksberg & Lochenſtein, & in ſilva Blabyrenſi Tiefenthal: cum Napello quam maxime convenit, teſte tamen Ill. Stoerkio, minus efficax: Decocto ejus muſcæ, cimices, & pediculi equorum & boum necari peſſunt.

PENTAGYNIA.

Aquilegia vulgaris Linn. *Aquilegia ſylveſtris*, Ancholie, Gans de nôtre Dame, Ancolia, Ισοπυρον Διοσκοριδου, Colombines, Akelyen, Akeley, gemeiner Agley; floret Junio & Julio in monte Spizberg, nec non in montibus Balingenſibus, Schalksberg & Lochenſtein. Totius plantæ & inodoræ, & nectariis exceptis inſipidæ, radix amariuſcula, tunicata, producens folia multa, hirta, petiolis hirſutis teneris annexa, bipinnata, pinnis inciſo-crenatis obtuſis, rotundis, extrema interdum triloba: Caulis unicus villoſus, purpureo-cæruleus,olioſus, ſimplex, pedunculis terminalibus ſubcæruleis nutantibus, gerentibus flores amœne cæruleos, inſtructos ſtipulis ternis, integerrimis, ovatis, obtuſis, hirſutis, & nectariis ut plurimum quinque, ex quorum apicibus dulciſſimis mella, uti ex reliquo flore ceram legunt apes: Floribus & ſeminibus Veteres varias tribuerunt vires, nec videntur aut rationem conſuluiſſe, aut veram experientiam.

POLYGYNIA.

Anemone Pulſatilla Linn. Coquelourde, Pulſatille, Paſſefleur, Pulſatilla, Windflower, great blue Anemone, Keukeſchell, Kuchenſchelle, gemeine Kuchenſchelle, groſe Kuchenſchelle, Oſterblume; floret Junio in ſilva montis Balingenſis Lochenſtein, & in collibus, juxta viam, quæ ducit pede Bla-

byra

byra in pagum Weyler, poſitis: Radix ſuſpecta, minus tamen acris, quam reliquæ plantæ partes, in officinas Wirtembergicas recepta, vi alexipharmaca, venenis reſiſtente, ſialagoga, pollere olim credita fuit; flores, qui viridi colore tingunt, & aquam præbent deſtillatione vomitus cientem, cum herba acres, minus tamen anemone pratenſi, obſervante Ill. Stœrk, rubefaciunt, veſicas excitant, olim inter ſternutatoria relati: externe in ulceribus inveteratis, equorumque vulneribus utiles: Plures hujus plantæ vires pluraque nomina invenias in Bœcleri diſſertatione de vegetabilium uſu neglecto. Argentorati 1732.

Anemone nemoroſa Linn. *Ranunculus phragmites albus vernus*, Bacinet blanc, Renoncule des bois, fauſſe Anémone printaniere des forêts, kleine Anemone, Waldanemone, kleine Waldanemone, wilde weiſſe Anemone, weiſſer Waldhanenfus, weiſſe Waldhänlein, weiſſe Windblume, Storchblume, Luk; Inodora planta, quam Rud. Jac. Camerer jam ſeparavit a ranunculis diſſert. de plantis vernis. Tub. 1688. p. 9. variat magnitudine, & colore petalorum, nunc albo, nunc utrinque rubello, nunc ſuperius albo, inferius purpureo: Planta amariuſcula acerrima, præſertim in radice, eoque fine brachio impoſita, quod reſpondet dolenti denti, ejus dolorem tollit. Ephemer. Acad. Cæſ. N. C. D. II. Ann. I. Pecori-

 bus

bus mictum cruentum Schreb. Sammlung verm. Schr. 3. Th. p. 54. bovillo præſertim generi dyſenteriam Gunner l. c. T. I. p. 166. & ovibus aquam, quam vocant rubram, & inflammationes ciere Ellis in Schrebers Samml. verm. Schr. 12. Th. p. 305. neque gramen ab ea liberari poſſe, niſi illud, marcida demum hac planta, reſecetur. Schreb. l. c. 3. Th. p. 72.

Anemone ranunculoides Linn. Anemone jaune des bois, Yellow Wind flower, Anemone gialla, hanenfusartige Anemone, gelbe Waldhänlein, gelbe frühe Waldhänlein, Goldhänlein; floret Martio, Aprili & Majo in humidis, ad rivos, præcipue Bebenhuſanum, & in ſilvis inprimis Burgholz & Spizberg. Flores apibus ceram præbent.

Clematis Vitalba Linn. gemeine Waldrebe, ſteigende Waldrebe; floret Julio in ſepibus montis Spizberg. Vicinas ſtirpes ſuffocans, minus apta ſepibus & topiariis, niſi aridas arbores tegendo; Gled. l. c. 2. p. 416.

Clematis Flammula Linn. Herbe aux gueux, Climers, Brennwurzel, Lyne, brennende Waldrebe; floret Julio in ſepibus, præſertim ad viam Hirſavienſem, & in monte pone Schlößlein; acerrima & veſicas trahente, denſis iisque altis topiariis apta planta abutuntur nefarii mendici, ut excitatis ulcuſculis miſericordiam hominum provocent.

Thalictrum flavum Linn. Thalitron commun, Ruë des prés, blaßgelbe Wieſenraute, gelbe

gelbe Wieſenraute, groſe Wieſenraute, gelbes Unſtetkraut, falſche Rhabarber, Buttergelbe; floret Junio in monte Balingenſi Schalksberg. Radix rhabarbaro ſubſtitui poteſt; herba amariuſcula ſubacris & ſalubre, & gratum pecoribus pabulum præbet, fœno tamen ob rigidum caulem inepta. Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 82. recentia folia, mercuriali annuæ ſubſtituenda, ſi cum filis laneis, alumine imbutis, coquantur, hæc luteo colore tingunt, eadem, ut & flores, ex quibus multum ceræ petunt apes Gled. l. c. c. p. 172. ſuccum expreſſione ſuppeditant, qui ſeminum inſtar adſtringit.

Thalictrum aquilegifolium Linn. Wieſenraute mit dem Agleyblatte, Alpwieſenraute mit Agleyblättern, Unſtetkraut mit Agleyblättern; floret Junio in monte Balingenſi Schalksberg. Apes pollinem antherarum ad ceram legunt. Gled. l. c. 2. p. 222.

Adonis æſtivalis Linn. Sommeradonis, Feldadonis, wilde Adonis, Feldröslein, Akerröslein, Marienröslein, Klapperröslein, Margarethenröslein, blaßgelbes Adonisröslein, Teufelsaug, Corallenblümlein, braune Chamillen, rothe Chamillen; floret Majo & Junio in agris. Herbæ ſudorificam virtutem tribuit Bœcler l. c. p. 29. 30. flores hujus, ut ſequentis, ceram ſuppeditant apibus. Gled. l. c. 2. p. 203.

Adonis auctumnalis Linn. Herbſtadonis, gemeines Adonisröslein, Brunnetröslein, Feu-

erröslein; floret eodem tempore ibidem. Caulis obliquus, ſtriatus, folioſus; foliis multifidis, laciniis linearibus; Flores ut plurimum bini terminales; calicis foliolis ſcarioſis; petalis coccineis, unguium interiore parte atro-purpurea: Utriusque hujus plantæ radices helleboro nigro falſo ſubſtitui monet. Köleke, Abhandl. der auserleſenſt. Arzneymittel. Berlin 1755. p. 124. ſqq.

Ranunculus Flammula Linn.* *paluſtris longifolius minor*, la Douve, Βατραχιον αρνογλωσσοφυλλον, kleiner Sumpfhanenfus, Gichtkraut, Egelkraut, klein Speerkraut; floret a Majo ad Auguſtum in paludoſis præſertim montis Spizberg. Caulis obtuſe trigonus, folioſus, ſubfuſcus, ramoſus, craſſus, brevis; foliis vaginantibus longis craſſis, nunc ſubdentatis, aut denticulatis, nunc integerrimis; floribus nutantibus. Acerrima & veſicante, & ranunculo ſcelerato vix mitiore planta, ut ille, & hominibus & ovibus, morbo præſertim putrido funeſta, omnibus pecoribus exoſa, ſiccata tamen innoxia, clavis verrucisque exedendis, ac duris tumoribus diſcutiendis idonea, in Helvetia præſertima butuntur mendici, ut, ulceribus pedum excitatis, miſericordiam hominum in ſuos uſus trahant; Interne aſſumtus, ut reliquæ acres ſpecies, ſummum venenum, cauſticum & rodens, acetoſa, immaturis ribeſiorum baccis, &, quæ prima nominanda erat, aqua domandum, adeo, ut larga ejus

copia

copia addita in medicamentum abeat, dyſuriæ ulceribusque pulmonum ſanandis aptum. Krapf experimenta de nonnullorum ranunculorum venenata qualitate, horum externo & interno uſu. Viennæ 1766.

Ranunculus Lingua Linn. groſer Sumpfhanenfus, groſer ſcharfer langblätterichter Hanenfus, Speerkraut. Floret Junio in paludibus propinquis Roſek. Acris planta recens pabulo inepta. Gled. l. c. 3. p. 377.

Ranunculus Ficaria Linn. *vernus rotundif. minor*, petite Scrophulaire, petite Chelidoine, Χελιδονιον το μικρον, πυρον αγριον Διοσκοριδου, Pilewort, klein Speerkruyd, Scharbok, Scharbokskraut, Feigwarzenkraut, Feigwarzenwurz, Sternblümlein, Goldsternblümlein, Schmalzsternblume, klein Schölkraut, wild Löffelkraut; floret Martio, Aprili & Majo in ſepibus & pratis, præſertim fimoſis: Radices mucilaginoſæ, tuberculatæ, quæ diuturna hyberna aut verna pluvia denudatæ, pro tritico ex cælis deciduo venditabantur, externo internoque uſu refrigerant, humectant, & expreſſæ ſternutationem cient: Folia, omnis acrimoniæ vacua, ſaporis herbacei, antiſcorbuticis accenſita, aut vino infuſa, aut ſaccharo condita, aut aceto imbuta, aut in annonæ difficultate frumenti inſtar, vel juniora, pinguis ingrati, ſubdulcis ſaporis, modice refrigerantia teneriora oleris inſtar cocta aſſumuntur: Flores verni apium culturæ apti. Gled. l. c. 2. p. 142.

Ranunculus ſceleratus Linn. *paluſtris apii folio*, Renoncule des marais, Grenouïllette d'eau, Herbe ſardonique, Apio riſo, Σαρδονιη Διοσκοριδου, Water-hane-voet, böſeſter Hanenfus, brennender Hanenfus, Waſſerhanenfus, Gifthanenfus; floret a Januario in Aprilem uſque in pratis & paſcuis, præſertim humidis. Dioſcoridi jam damnata planta, cujus funeſtis in homines & animalia effectibus, vomitum, aquam mulſam, lac & pinguia oppoſuit: Externe adplicitus veſicas excitat, ſcrophuloſosque tumores discutit: Radix intus alba; folia palmata, ſcabra.

Ranunculus aconitifolius Linn. Grand blanc bacinet, Βατραχιον ακονιτοφυλλον, Great white Crowfoot, wit Berg-hane-voet, Hanenfus mit dem Sturmhutblatte, groſer weiſſer Hanenfus; floret Majo in ſilva montis Spizberg verſus torcular quartum, bulboſo acrimonia ſua accedens Krapf l. c. Caulis altus, ramoſus, lævis, teres, erectus, pedunculis axillaribus longis bifloris: Folia inferius hirſuta, quinqueloba, palmata, inferiora petiolata; ſumma triloba, lobo medio longiſſimo.

Ranunculus nivalis Linn. ſchneeweiſſer Hanenfus; floret Julio in monte Blabyrenſi proximo Blauhäuslein.

Ranunculus repens Linn. *pratenſis repens hirſutus*, Bacinet des prés, Grenouïllette des prés, Bacinet rampant, Meadow-Crowfoot,

foot, kriechender Hanenfus, Wieſenhanenfus; floret Majo ad muros & in pratis. Innocua, Krapfio etiam teſte l. c. & pecori grata planta hæmorrhoidibus fomenti inſtar imponitur, oleris etiam loco in annonæ caritate coquitur.

Ranunculus polyanthemos Linn. Βατράχιον πολυανθεμον, vielblumiger Hanenfus; floret a Junio ad Decembrem in pratis & paſcuis.

Ranunculus bulboſus Linn. knolliger Hanenfus; floret Majo ad ſepes viæ Reutlingenſi adjacentes: Planta hirſuta acris; radix rotunda, tunicata; folia radicalia triloba, medio lobo maximo trilobato, lobulis crenatis: Caulis ramoſus: ramis ſubalternis, flore ſolitario cernuo terminatis; folia caulina compoſita, inferiora cum radicalibus petiolata, ſuperiora ſeſſilia: Acerrima planta, cujus externus uſus cantharidum loco ſubſtituendus Krapf l. c.

Ranunculus acris Linn. *erectus acris*, Bacinet corroſif, ſharp Crowfoot, Hane-voet, Boterbloeme, brennender Hanenfus, ſcharfer Hanenfus, Schmalzblümlein, Pfännlein; floret Majo in paſcuis & montoſis. Folia ſæpius maculis fuſcis notantur; Veſicam trahens planta, hoc fine etiam noſtratibus uſitata, qua applicata Ill. Hallerus cephalalgiam, arthritidem, Zornius febres & odontalgiam fugatam vidit; frequens luis inter pecora graſſantis cauſſa, hinc eradicanda.

Heben-

Hebenſtreit de cura paſcuorum. 1752. cujus tamen floribus apes delectantur. Hagſtroem. l. c. p 9.

Ranunculus lanuginoſus Linn. wolliger Hanenfus, groſer Birkhanenfus: acrimoniæ expers planta, Krapf l. c.

Ranunculus chærophyllos Linn. Berghanenfus: floret Majo in montoſis.

Ranunculus arvenſis Linn. *arvenſis echinatus*, Bacinet des champs, Earland's Crowfoot, Akerhanenfus; floret Majo & Junio in agris. Caulis procumbens, glaber eſt: flores ſolitarii, pedunculis longis hirſutis inſidentes; calices hirſuti: Bulboſo etiam acrior ſpecies.

Ranunculus aquatilis Linn. Waſſerhanenfus, weiſſer Waſſerhanenfus; floret a Majo ad Auguſtum in paludibus & rivulis; Variet. γ in paludoſis juxta viam Hechingenſem poſitis, Auguſto; variet. δ in paludibus ambulacri dicti Studentenwäldlein Junio. Ovibus non comeditur acerrima planta; Krapf l. c.

Ranunculus calycibus retroflexis, pedunculis ſulcatis, caule erecto multifloro, foliis compoſitis lineari-multifidis amplexicaulibus; floret Majo in paſcuis.

Trollius europæus Linn. europäiſche Engelblume, Trollblume, Knoblenblume, Knoble, gelber Alphanenfus, gefüllte Bergranunkeln; floret Junio in pratis Nehrenſibus & Oſterdingenſibus, nec non in ſilva inter

Ebin=

Ebingen & Bärenthal. Innocuæ plantæ, ab ovibus tamen non comeſtæ, & aliis ſuſpectæ, radix pro radice hellebori nigri vendita, funeſtos edidit effectus; flores materiam ceræ & mellis præbent apibus. Gled. l. c. 2. p. 173.

Helleborus fœtidus Linn. Εννεαφυλλον Plinii, Settrewort, Settlewort, Baſtart Hellebore, Great baſtart black Hellebore, great baſtart Bearsfoot, ſtinkende Nieswurz; floret a Majo in Auguſtum ad radicem montis proximi cavernæ Nebelloch, & Balingenſibus Lochenſtein, nec non Vaihingenſis Auriger Berg. Uſum hujus plantæ vermifugæ, emeticæ & purgantis, vel in decocto, vel in pulvere, vel in ſucco, vel in ſyrupo commendat Auctor libri inſcripti: Eſſay on the medical Conſtitution of great Britain. London 1762. p. 329. ſqq.

Caltha paluſtris Linn. *Populago flore majore T.* Gelk-flower, Sumpfdotterblume, Dotterblume, Schmalzblume, Kuhblume, Bachblume, Mattenblume, Moosblume, gelbe Wieſenblume, Goldwieſenblume; floret Aprili & Majo ad aquas & in humidis. Planta aquoſa, amaricans & acriuſcula, quam alii cauſticam, noxiamque & pecoribus & pratis pronunciant, tam innoxie, quam avide & a capris, & a bovillo genere, & ab ovibus comeditur Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 13. ab his tamen non niſi junior: Flores inaperti olim inſtar cappari-

dum

dum adhibiti fuerunt. Erhart. l. c. 1. B. p. 272. aperti ceræ materiem præbent apibus. Gled. l. c. 2. p. 140.

DIDYNAMIA.
GYMNOSPERMA.

Ajuga pyramidalis Linn. Guldengunſel, floret Majo in pratis, ſilvis & dumetis montium, præcipue pone patibulum Tubingenſe; plerumque corollis cæruleo colore conſpicuis invenitur, & cum ſequente viribus convenire videtur; inveni tamen corollas ejus etiam incarnatas eodem menſe in ſilva montis Lochenſtein prope Balingam.

Ajuga reptans Linn. *Bugula Dodonæi*, Bugle, petite Conſounde, Conſolida mezza, Bugle, middle Conſound, Zegegroen, Ingroen, ſchleichender Gunſel, Heilkräutlein, gülden Gunſel; floret a Martio ad Majum in pratis & ad rivulos. Caulis ſæpius lineis quatuor fuſcis circumſcriptus: Color corollarum varius, maxime communis cæruleus, alias, ſed rarius incarnatus; inveni etiam album in pratis Luſtnavienſibus ad Nicarum; & in foſſis ad viam, quæ ducit Balinga Weilhemium: Plantæ nec bovillo neque ovillo gregi ingratæ radix adſtringit; folia primo dulcem, mox autem crudum & amaricantem ſaporem linguæ imprimunt, ulceribus internis & externis proficua, præſertim dolores leniendo; ceterum cum prunella vulgari conveniens.

Ajuga alpina Linn. Alpengunſel; floret Julio ad colles & montes, præſertim prope Schwärzloch: Pumila planta, pollice vix longior, excepta radice & genitalibus, omnibus partibus tomentoſis: Folia inferiora baſi ſerrata, verſus apicem crenata, crenis purpureis, oblonga, ſeſſilia; ſuperiora ſeſſilia dentata; ſuprema ſubtriloba; omnia obtuſa: Caulis tetragonus: Flores ſeſſiles axillares, ſpicati; calycibus laxis quinquefidis, tubo corollæ ultra tertiam partem brevioribus: corollæ ſature cæruleæ, labio ſuperiore breviſſimo, emarginato; inferiore trifido, lacinia media latiſſima, emarginata: Tubus longus: Stamina cærulea.

Teucrium Botrys Linn. Traubengamander; floret Julio in monte Balingenſi Lochenſtein, unde miſit Cl. Ofterdinger.

Teucrium Chamædrys Linn. Germandrée, petit Chêne, Chênette, *Χαμαίδρυς Διοσκορίδου*, Germander, Kruypende Chamædrys, Bathengel, Bathengel, Gamanderlein, Gamander, edel Gamander, Bergſcordium; floret Julio in montibus Blabyrenſibus proximo Blauhäuslein & der Bleiche, nec non in rupe Mezgerfels; in regione etiam Zabergovienſi obſervavit Cl. Hiller. Amara, aromatica planta incidens, attenuans, roborans, diuretica, ſudorifera, ab Erhart loco theæ ordinariæ commendatur. l. c. 7. B. p. 341. ex floribus mel colligunt apes. Gled. l. c. 2. p. 226.

Teu-

Teucrium montanum Linn. Berggamander, Bergpoley, wilder Rosmarin; floret Julio in montibus Blabyrenſibus, & circa Memmingam auf dem Ried.

Nepeta Cataria Linn. Herbe au Chat, Cataire, Erba gatta, Gattaria, Nep, Catmint, Nip, Kattekruyd, gemeine Kazenmünze, Kazenkraut; floret Julio & Auguſto in foſſis pratorum prope præfecturam Luſtnavienſem, ad ſepes prope officinam tegularum Tubingenſem, ad rivum Steinlach, & ad rupem Blabyrenſem Mezgerfels: Aromatica, acris, amara, analeptica, feles alliciens herba, aperit.

Mentha ſilveſtris Linn. Menta di cavallo, Horſemint, Paerd-munte, Roßmünze, Pferdmünze; floret Julio, Auguſto & Septembri ad vias & aquas. Cum reliquis ſpeciebus convenit, odoris tamen ſaporisque minus grati.

Mentha aquatica Linn. Baume aquatique, Menthe aquatique, Menta delle acque, Watermint, Watermunte, Waſſermünze, Bachmünze, Fiſchmünze, Krötenmünze, (falſo) Pferdmünze, Roßmünze, Waſſerbalſam; Herba odorata & amara inter ſtomachica & hyſterica habetur; &, teſte Heidegger l. c. ſubjacentis turfæ non nullam exhibet ſuſpicionem; recens certe, uti reliquæ ſpecies, a pecoribus rejicitur, junioribus tamen foliis & comis veſcuntur oves. Gled. l. c. 3. p. 356. Ex floribus mel tollunt apes. Gled. l. c. 2. p. 192. Men-

Mentha gentilis Linn. kleine Münze; planta, uti officinalis illa criſpa aut viridis, ſtomachica, carminativa, antiemetica, diuretica, & emmenagoga, Septembri ad aquas floret.

Mentha arvenſis Linn. *arvenſis verticillata hirſuta J. B.* Baume ſauvage, Menthe ſauvage, Menta ſalvaggia, wild Mint, wilde Munte, Ackermünze, kleine Ackermünze, kleine Feldmünze; floret Auguſto & Septembri in arvis. Acris odorata planta communes cum toto genere vires poſſidet: Ex floribus copioſa mella legunt apes. Gled. l. c. 2. p. 183.

Glecoma hederacea Linn. *Calamintha humilior folio rotundiore*, Lierre terrêtre, Herbe de St. Jean, Terrette, Rondotte, Ellera terreſtre, Χαμαικισσος, Ground-ivy, Aardveyl, Honds-drat, Hedera terreſtris officinarum, Gundelreben; floret Aprili & Majo ad vias & ſepes. Odor plantæ aromaticus, gravis, ſapor herbaceus, amaricans, acriuſculus: Corroborante, vulneraria & detergente virtute præditæ plantæ ſuccus expreſſus verno tempore cum aliarum plantarum ſuccis miſtus ad ſanguinem depurandum adhibetur; herba cereviſiam nigram & claram reddit, ejusque nimis celeri fermentationi obſtat; ad vermes equorum etiam commendata. v. Erhart. l. c. T. II. p. 90. Sanis ovibus & grata & ſaluberrima, ægris noxia planta. Gled. l. c. 3. p. 348.

Lamium maculatum Linn. geflekte Taubneſſel; In regione Zabergovienſi invenit Cl. Hiller; frequens etiam Majo floret ad ſepes Tubingenſes; flores nonnunquam undecim in uno verticillo.

Lamium album Linn. *vulgare album*, Ortie morte blanche, Ortica morta bianca, Γαλεοψις, white Archangel, Dove Nettel met witte bloeme, weiſſe Taubneſſel, weiſſe Bienenſaug, Bienenſaug, Wurmneſſel, todte Neſſel, groſe taube Neſſel; Galeopſis officinarum; floret Aprili & Majo ad muros & ſepes. Calix inferius fuſco-maculatus; antheræ ferrugineæ, margine nigro: Graveolens planta, apium culturæ mirifice favens Gled. l. c. 2. p. 199. leniter adſtringit; folia ejus, ut ſequentis, teneriora, primo vere oleribus miſceri poſſe Ill. Geſner phytogr. ſ. g. p. p. 1. p. 31.

Lamium purpureum Linn. *purpureum fœtidum folio ſubrotundo*, Ortie morte rouge, Ortica morta roſſa, red dead Nettle, Dove Nettle met roje Bloemen, rothe Taubneſſel, purpurfarbene Taubneſſel, taube Neſſel, ſtinkende Neſſel, kleine ſtinkende taube Akerneſſel, groſe rothe Bienenſaug, Taubneſſel; floret a Decembri ad Majum uſque ad ſepes, muros, vias & ſponte in hortis. Caulis piloſus; folia ſublanceolata, oppoſita, brevibus nonnunquam petiolis adhærentia, verticilli utplurimum decemflori; labium corollæ inferius quandoque album, venis maculisque purpu-

reis

reis inſignitum: Ingrati odoris, blattis & tineis inviſa planta, junior tamen edulis, vulnerariorum, reſolventium & demulcentium cenſui adſcribitur, eoque ſcopo externe & interne exhibetur: Apes ex dulcibus ejus floribus & bona & multa mella legunt. Gled. l. c. 2. p. 199

Lamium amplexicaule Linn. Taubneſſel mit Blättern, welche den Stamm umfaſſen, kleine taube Neſſel, kleine taube Akerneſſel mit Gundelrebenblättern, kleine rothe Bienenſaug; floret Majo & Junio in agris, præſertim juxta viam Reutlingenſem poſitis. Planta brevis; ſcapus quadrangulus; folia ſubcordata, ſubtriloba, ſerrata, obtuſa, hirta; flores verticillati, verticilli decemflori, medii primo florentes, calices hirti, ſeſſiles; corollæ purpureæ, hirtæ, tubis longis anguſtis, ad fauces utrinque albæ, puncto unico purpureo notatæ; labium inferius album, marginibus rubellis, lateribus reflexis, punctis utrinque unico & macula in medio purpureis notatum: Tres enumeratæ ſpecies ab ovibus comeduntur.

Galeopſis Ladanum Linn. Feldkazengeſicht, Kornwut, kleine Hanfneſſel, kleine rothe Hanfneſſel, roth Alyſſenkraut; floret Auguſto & Septembri in ſepibus & juxta agros præſertim Waldhuſanos, Kilchbergenſes, & ad viam Reutlingenſem ſitos. Hujus, ut ſequentis, flores mellis materiem præbere apibus Gled. l. c. 2. p. 207.

Galeopſis Tetrahit Linn. *Galeopſis procerior calyculis aculeatis flore purpuraſc. T.* hanfartiges Kazengeſicht, ſtachlichter Holzahn, groſe Hanfneſſel mit groſen Blumen; Variat corolla purpurea, & alba, rubris maculis adſperſa; illa floret Julio, Auguſto & Septembri in agris & ſepibus præſertim ad viam Reutlingenſem, ad viam Luſtnavienſem Nicarum inter & montem anatolicum, & auf der Viehweyde; in ſcrobibus montis Spizberg Duvernoy, hæc Aprili & Julio ad muros & agros; Planta tota hiſpida, internodiis rubellis, hiſpidioribus, incraſſatis, folia oppoſita, petiolata producentibus, ex quorum alis naſcuntur rami; labium inferius macula lutea purpureo-fimbriata notatum; calix ſetis ſibi occurrentibus clauſus.

Galeopſis Galeobdolon Linn. *Galeopſis flore luteo*, Ortie morte à fleurs jaunes, Ortica morta à fiori gialli, Γαλεοβδολον, Yellow Archangel, Yellow dead Nettle, gelbes Kazengeſicht, gelber Holzahn, gelbe Taubneſſel, gelbe Waldneſſel, kriechende Taubwaldneſſel; in ſilvis Luſtnavienſi Bebenhuſana, & Schwärloch; & in montibus anatolico, Spizberg, & prope Schlößlein; Radix inæqualis, caules tetragoni, folia oppoſita: Lamii albi loco nonnunquam ſubſtituitur: Ex floribus mella legunt apes Gled. l. c. 2. p. 144.

Betonica officinalis Linn. *Betonica purpurea*, Betoine, Bettonica, Βετονικη, Common Beto-

Betony, Wood betony, Betonie, gewöhnliche Betonien, braune Betonien; floret Julio in ſilvis. Radix amara & nauſeoſa valide purgat & vomitus ciet; folia & flores cephalici, monente denuo Scopoli floræ Carniolicæ Vienn. 1760. p. 462. apibus grati multumque mellis iis præbentes, Gled. l. c. 2. p. 182. ſaporem herbaceum crudum, acriuſculum, balſamicum, adſtringentem & leviter amarum, odoremque parum aromaticum habent; foliorum pulvis naſo attractus ſternutationem excitat.

Stachys ſilvatica Linn. *Galeopſis procerior fœtida ſpicata T.* Grande ortie puante, Ortica morta grande fetida, Great ſtinking dead Nettle, ſtinkende Dove Nettel, Bienſaug, Stuknessel, groſe ſtinkende Taubneſſel; floret Auguſto in ſilvis & ſepibus. Odor totius plantæ fœtidus, ſapor herbaceus ſubſalſus; folia molliſſima vulneraria, anodina & reſolventia eſſe perhibentur, varia ſub forma olim exhibita; Ranæ bufoni gratiſſimam ſtirpem a frumentaceis curculiones, a pecoribus hippoboſcas & veſpas arcere tradit Erhart. l. c. 3. B. p. 166. avidiſſime devorari a bobus & vaccis, ab equis abhorreri & id. & Gunner l. c. T. I. p. 70. ex caulibus ſiccatis, maceratis, & cannabis in modum præparatis, tomentum ex viridi fuſcum parari poſſe, ex quo fila firma, æquabilia, aliquantum lanuginoſa confici queant, quæ decoquendo & inſolando firmiora reddantur &

 alba,

alba, traditur Leipziger Sammlung T. II. p. 759.

Stachys paluſtris Linn. Petite ortie puante, Sumpfrospolen, kleinere Sumpftaubneſſel, brauner Waſſerandorn; floret Julio & Auguſto in humidis & aquis, in foſſis viæ in villam Schwårzloch ducenti adjacentibus, & in monte Spizberg. Verticilli ſæpius multiflori, quam ſexflori: Radices ſubfarinaceæ carnoſæ coctæ panis vicem agunt, Ill. Geſner phytogr. f. g. p. p. 1. p. 31. hinc a Cl. Scheuchzero farinaceorum numero inſertæ l. c. p. 5. folia amara, fœtida, vulneraria, a Cæſalpino in febribus tertianis commendata, cum foliis Stachyos ſilvaticæ conveniunt.

Stachys alpina Linn. Alpenrospoley, Alpenkraut, Bulokiskraut; floret Auguſto in monte proximo cavernæ Nebelloch.

Stachys germanica Linn. *major germanica*, Epi fleuri, Sauge molle, Sauge ſauvage, Sauge de montagne, teutſcher Rospoley, rother Andorn, riechender Andorn, groſer Andorn, Feldandorn, wolliger Bergandorn, Σταχυς; floret Julio & Auguſto in foſſis, ad vias, & in pratis ad Ameram ſitis. Decoctam plantam urinas, menſtrua, ſecundinas, lochia pellere, perhibent: flores mel præbere apibus. Gled. l. c. 2. p. 184.

Stachys recta Linn. Crapaudine, gerader Rospoley, Feldandorn, Gliedkraut, Wundkraut, Berufkraut, Beſchreykraut, Sideritis offici-

officinarum, *vulgaris hirſuta;* floret Majo, Junio & Julio in montibus præſertim anatolico, hinter der Mühle, Schloßberg, Gypsberg & Spitzberg. Planta ramoſiſſima, interdum ſimplicior, odoris grati levis, nunc majoris, nunc minoris, exceptis calicibus ciliatis & corollis, tota hirta; foliis oppoſitis ſeſſilibus, rugoſis, oblongis, crenatis, obtuſis: Caulis ſublignoſus, ſæpe tripedalis, ramis axillaribus oppoſitis geminis angulatis; floribus verticillatis; verticillis diſtantibus 5 — 14 floris; floribus ſeſſilibus erectis; bracteis minimis linearibus; calycum dentibus ſpinula terminatis; corollis albidis, galea fauces verſus utrinque linea laterali longitudinali & transverſa purpureis exarata; labio inferiore rubro-punctato, lateribus reflexo, ſubtrilobo, lobis lateralibus minimis ſubbifidis, medio maximo emarginato, ſupra linea media rubra exarato. Vulneraria & adſtringens planta in ea atrophiæ infantilis ſpecie præſertim commendatur, quam magice illatam vulgus ſibi perſuadet.

Ballote nigra Linn. *Ballote Matth.* Marrube noir, Marrubio nero, Βαλλοτη, Black Hore-hound, ſwarte Andoorn, ſtinkende Andoorn, Zahnloſe, ſchwarze Ballote, ſchwarzer Andorn; floret a Junio ad Septembrem in ruderatis: Plantæ fœtidæ, ab ovibus contemtæ, herba, externo uſu anodina, in officinis aſſervatur.

Marrubium vulgare Linn. Marrube blanc,

Marobbio bianco, *Πρασιον Διοσκοριδȣ*, white Hore-hound, witte Andoorn, Molrouwe, gemeiner Andorn, weiſſer Andorn, weiſſer Durant, weiſſe Leuchte; floret Auguſto in viis. Ovibus intacta, amara planta, quæ tota, excepta radice, coriis parandis idonea eſt Gled. l. c. 1. p. 22. aperiens, incidens, in morbis a muco viſcido oriundis ſummopere commendata, in viarum urinariarum morbis nocere perhibetur; in abſceſſu maxime pulmonum, nunc prodeſſe, nunc effectu carere obſervavit Ill. Hænius Rat. med. P. V. p. 233. in fluxu ſalivæ nimio ſiſtendo utiliſſimum cum aqua infuſum. Ill. Linnæus fl. Suec. nr. 531. ex floribus mel petunt apes. v. Hagſtrœm l. c. p. 4.

Leonurus Cardiaca Linn. *Cardiaca*, Agripaume, Cardiaca, *Λεόνουρος*, Motherwort, Hertegeſpan, Herzkraut, Herzgeſpann, Herzgeſpannkraut, Wolfstrappe; ad muros præfecturæ Luſtnavienſis & templi Jeſingenſis Julio floridam hanc ſtirpem inveni. Folia amariuſcula & hyſtericis & hypochondriacis prodeſſe, olim credita ſunt: Flores ab apibus inviſuntur, teſte Gled. l c. 2. p. 183.

Clinopodium vulgare Linn. *Κλινοποδιον Διοσκοριδου*, wild Baſil, grote wilde Baſilicum, gemeine Wirbeldoſte, kleine Bergmünze, falſcher Waldpolen; floret Julio & Auguſto in viis, agris, ſepibus, etiam inter ſaxa ſilvæ Blabyrenſis Tiefenthal. Parum aromaticæ plantæ flores aliquid mellis præbere apibus. Gled. l. c. 2. p. 190. Ori-

Origanum vulgare Linn. *ſylveſtre*, Origan commun, grand Origan, Marjolaine ſauvage, Marjolaine bâtarde, Marjolaine d'Angleterre, Origano, Αγϱιοϱιγανον Διοσκοϱιδου, wild Marjoran, wilde Orego, gemeine Doſten, braune Doſte, Walddoſte, Doſten, Wolgemuth; floret Julio, Auguſto & Septembri in montoſis & humidis; varietatem corollis albis, calycibus coloratis juxta viam Reutlingenſem & in ſilva Blabyrenſi Tiefenthal florentem vidi: Odoris grati, ſaporis pungentis calidi herba, theæ in Suecia, majoranæ in juſculis ſubſtituta, officinis nota, ſtomachica, nervina, errhina, hyſterica, diuretica, pectoralis, emmenagoga, aperiens, incidens, pannos colore ex rubro dilute fuſco tingit, formicas pellere traditur Erhart. l. c. 5. B. p. 43. flores ſalubre apibus mel præbent. Gled. l. c. 2. p. 190.

Thymus Serpyllum Linn. *Serpillum vulgare majus & minus*, petit Serpolet, petit Pillolet, Thyme ſauvage ordinaire, Serpillo', Serpollino, Εϱπυλλος, Mother of Thyme, wilde Thym, Quendel, Quendel, Feldquendel, Feldkümmel, Künlein, wilder Thymian, wilder Poley; floret Majo, Junio & Julio in pratis, arvis, paſcuis, inter ſaxa. Odoratiſſima, amara planta, cum thymo vulgari multum conveniens, & vix debilior, nervina, aromatica, diuretica, ſudorifera, ſtomachica, errhina, cum cerevifia forti contuſa preſſa & ingeſta ovibus vertiginoſis ſa-

luberrima Schreb. Samml. verm. Schr. 12. Th. p. 23. oleo eſſentiali odoratiſſimo plena, ex quo etiam camphora parari poteſt: Variat etiam foliis glabris & hirſutis: Apes ea utentes & largum & gratiſſimum præbent mel. Gled. l. c. 2. p. 98.

Thymus Acinos Linn. Ψευδοκλινοποδιον, baſilienartiger Thymian, blauer Bergthymian, Steinpoley, Bergbaſilien; floret Junio & Julio in collibus montis anatolici, in ſilva juxta viam Uraco Blabyrâm ducentem poſita, Uracher Steige, in monte Blabyrenſi proximo Blauhäuslein, in ſilva montis Balingenſis Lochenſtein, & in ſilva inter pagum Kolbingen & Mülheim media. Flores mellis materiem præbent apibus. Gled. l. c. 2. p. 203.

Scutellaria galericulata Linn. Tertianaire, Herbe aux fievres tierces, Terſolda, Terzolla, helmförmiges Schildkraut, gemeines Helmkraut, Fieberkraut, Tertiankraut; floret Junio, Julio & Auguſto ad ſtagna ambulacri dicti: groſer Wörth, & in foſſis prope aream morticinorum Tubingenſem; in regione etiam Zabergovienſi invenit Cl. Hiller. Plantæ grate odoratæ, quæ innoxia quidem, ſed recens ob amarorem ingrata eſt pecoribus, herba teucrio ſcordio viribus ſimilis, febribus anginæque mederi, & ſanguinem purgare creditur.

Prunella vulgaris Linn. *Prunella major folio non diſſecto*, Brunelle, Brunella, Self-heal,

heal, Brunelle, de Brune, Brunnelle, Bräunheil, Gottheil, gemeine Brunelle, Brunelle; floret Junio in apricis & aridis. Planta amara & adſtringens, pecoribus & grata & ſalubris aliquid mucilaginoſi conjunctum habet. Gled. l. c. 1. p. 305. olim inter vulneraria relata; ex junioribus foliis alii acetaria ſibi parant; ex floribus mellis materiem multam legunt apes, Gled. l. c. 2. p. 185. Habetur etiam ejus varietas:

Prunella grandiflora Linn. groſe Brunelle, Bergbrunelle; floret Julio in ericetis: Radix fibroſa, lignoſa, fuſca; caulis adſcendens, angulatus, hirſutus, rubens, ſubramoſus: ramis axillaribus: Folia oppoſita lineari-lanceolata, ſubſeſſilia, hirſuta, margine dentato fuſco; inferius piloſa, ſubcordata: Spica terminalis; bracteis margine fuſcis, ciliatis; calicibus anterius fuſcis, inferius hirſutis, ſuperius glabris, ſeſſilibus, verticillatis; inferioribus ſeptenis vel ſenis: Corollarum galea ſupra læte violacea.

Prunella laciniata Linn. zerſchliſſene Brunelle, quam Septembri in paſcuis florentem, ſed rariorem invenias.

ANGIOSPERMA.

Rhinanthus Criſta galli Linn. *Pedicularis pratenſis lutea, & Pedicularis anguſtifolia montana*, Crête de Coq à fleur jaune, Ἀλεκτορολοφος, gemeiner Hanenkamm, gelb Läuſekraut, gelb Rödelkraut, Geelrodel, Wieſenrodel,

rodel, Akerrodel, klingender Hans, Glitſch, Glitſcher, Klaffer, Klapper; floret Majo & Junio in pratis, var. β maxime prope Roſinleinsberg. Caulis obtuſe tetragonus, interdum rufus, ſubhirſutus, ſimplex, foliis oppoſitis, ſeſſilibus, ſubhirſutis, lineari-lanceolatis, ſerratis, quæ var. β in montoſis creſcenti, anguſtiora ſunt: Spica terminalis, folioſa: foliis concavis pallidis; corolla lutea, roſtro galeæ cæruleo, in var. β concolore, calix inflatus hirſutus; planta, quam noxiam pecoribus pronunciant Breslauer Sammlungen. 1718. Julius, ineptam ovibus Gled. l. c. 1. p. 305. recens nec ingrata pecoribus eſt, neque nocua, fœno tamen ſicco inutilis, hinc eradicanda ex pratis, & florida abſcindenda, per duos annos continuos; Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 26. folia leniter adſtringunt & amariuſcula ſunt; ſemina farinæ ſecalinæ & obſcurum colorem, & amarum ſaporem impertiuntur. Gled. l. c. 1. p. 305.

Euphraſia officinalis Linn. Eufraiſe, Eufraſia, Eye-bright, Oogen-trooſt, weiſſer Augentroſt, Augentroſt; floret Julio, Auguſto & Septembri in montibus, pratis & ſilvis. Folia adſtringentia, leniter acria, amariuſcula ſunt, & cum tota reliqua planta inodora; varia olim forma in morbis oculorum exhibita: Flores aliquid mellis præbere apibus. Gled. l. c. 2. p. 206.

Euphraſia odontites Linn. Eufraiſe rouge,

Eufra-

Eufraſia roſſa, red Eye-bright, roje Oogentrooſt, Zahntroſt, rother Augentroſt, brauner Augentroſt; floret Julio, Auguſto & Septembri in ſterilibus montanis, & in marginibus agrorum montanorum, præſertim prope Waldhuſam: Calix nonnunquam, ſed rariſſime, biflorus; herba magis amara, quam adſtringens, a Plinio ad dolores dentium commendata; Sileſis contuſa & calceis indita ad retropellenda menſtrua uſitata; cum herba prioris pecoribus nec ingrata, nec noxia; Schreb. Samml. verm. Schrift. 3. Th. p. 28.

Melampyrum criſtatum Linn. *luteum anguſtifolium*, hanenkammartige Fleiſchblume, kammförmiger Kuhweizen, Μελαμπυρον ξανθον στενοφυλλον; floret Junio in dumetis montis anatolici; in dumetis ſummi montis Spizberg invenit Duvernoy.

Melampyrum arvenſe Linn. *purpuraſcente coma*, Blé noir, Blé de vache, Blé de boeuf, Herbe rouge, Μελαμπυρον ἐρυθρον, Akerkuhweizen, Akerfleiſchblume, Kuhweizen, Wachtelweizen, Schwarzweizen, Mohrenweizen, Brand; floret Majo & Junio in arvis, dumetis, & præſertim in pratis proximis ſilvæ Luſtnavienſi. Ab ovibus non comedi alii, alii, inter quos Gleditſchius, & ab his & a bobus amari tradunt. Caulis obtuſe angulatus, ſubhirſutus, ramoſus, folioſus, verſus apicem purpuraſcens; ramis hirſutis axillaribus, & foliis alternis, his ſeſſilibus gla-

glabris, inferioribus lineari-lanceolatis, integerrimis, ſuperioribus cum bracteis flores ſuperantibus, lanceolatis, dentatis; dentibus ſetaceis, verſus apicem ſpicæ purpureis; Calycum dentes, corollæ tubus & apex purpurei, medium hujus luteum: Spicæ marceſcentes cæruleſcentes colore cæruleo ſatis durabili tingunt, cum alcalibus fixis coctæ purpureo, auctore Cronſtedt. in act. acad. reg. Scient. Suec. Vol. XVIII. 1757. trim. 3. Ex ſeminibus in annonæ caritate panis conſici poteſt, licet non optimus, quem gravedinem capitis inferre tradit Cluſius, quam ob rem inter cerealia refert Cl. Scheuchzer l. c. p. 3. farinam eorundem uſu medico farinæ triticeæ ſubſtitui poſſe Bœcler. l. c. p. 36.

Melampyrum pratenſe Linn. Μελαμπυρον ξανθον πλατυφυλλον, Wieſenkuhweizen, Wieſenfleiſchblume, Waldhirſe, gelbe Waldhirſe; floret Auguſto in montanis; folia ſubacria ſunt. Gled. l. c. 1. p. 307. Trium harum memoratarum ſpecierum flores multum mellis præbent apibus. ibid. 2. p. 203.

Melampyrum ſilvaticum Linn. Μελαμπυρον ξανθον μικρον, Waldkuhweizen, Waldfleiſchblume, Waldhirſe, ſchmalblätterichte Waldhirſe, kleine ſchmalblätterichte Bergwaldhirſe; floret a Majo ad Auguſtum in ſilvis, inprimis Burgholz & montis Spizberg; Radix tenuis inſipida; caulis erectiuſculus, ſubpiloſus, folioſus, ramoſus: ramis glabris; foliis oppoſitis ſeſſilibus, infimis binis obo-

obovatis, reliquis lineari-lanceolatis; omnibus ſpica inferioribus integerrimis, reliquis dentatis: Spica folioſa brevis, floribus binis oppoſitis, breviter pedunculatis, nutantibus, ſecundis; calycum dentibus utrinque obſolete rubra macula notatis; corollis nondum apertis totis luteis; apertarum extremitate lutea; floribus inferioribus prius florentibus: Pecoribus amata planta, teſte Gled. l. c. 1. 3. p. 307.

Pedicularis paluſtris Linn. Sumpfläuskraut, Sumpfrodel, groſer ſtaudiger Rodel, gros Fiſtelkraut; floret Junio ad rivum Bebenhuſanum Golderſpach, in valle ſuperiore. Calices hirſutos, nunquam calloſo-punctatos, labium obliquum inveni: Acrem & corrodentem plantam Gled. l. c. 3. p. 376. omnibus pecoribus & jumentis, excepta capra, intactam, bobus & ovibus nocuam tradit Gunner. l. c. T. I. p. 87.

Pedicularis ſylvatica Linn. Waldläuſekraut, Waldrodel, Akerrodel; floret Majo in ſilvis, præſertim ea, quam peragrant pede Tubinga Entringam profecturi, & in monte Spizberg; Radix acris, amara, ramoſa; caules ſucculenti: Foliorum ſuccum expreſſum ulceribus fiſtuloſis conducere Ill. Linnæus flor. ſuec. n. 552.

Pedicularis roſtrata Linn. ſchnabelförmiges Läuſekraut, Schnabelrodel; floret Majo in ericetis montis Spizberg. Folia radicalia latiora pinnatifida: Caulis interdum ſimplex.

Antir-

Antirrhinum Cymbalaria Linn. *Linaria hederaceo folio*, Zymbelkraut, Nabelkraut, Feigwarzenkraut, Flachskraut mit dem Epheublatte; floret Aprili & Majo ad muros Suſpectæ plantæ, quæ aquas venenatas Italorum ingredi perhibetur, vires inviſcantes prædicat Bœcler l. c. p. 16. alii vulnerariis adſcribunt, alii in ſcabie commendant.

Antirrhinum Elatine Linn. Erdwinde, Ehrenpreisweiblein mit geöhrtem Blatte; floret Septembri in arvis Waldhuſæ propinquis. Sapor plantæ crudus, herbaceus, leniter adſtringens, odor unguinoſus; Inter vulneraria olim celebris ſtirps in hydrope etiam & lepra commendata, forma ſucci expreſſi in ulceribus ſerpiginoſis & cancroſis multum efficere boni fertur.

Antirrhinum ſpurium Linn. Velvote, Veronique femelle, Veronica femina, Ελατινη Διοσκοριδου, Fluel lin, Female ſpeedwell, unächter Dorant, Ehrenpreisweiblein mit rundlichtem Blatt; Septembri floret in arvis propinquis villæ Schwärzloch; folia plantæ, quæ viribus ſuis cum priori convenit, ſaporis amari, leniter adſtringentis, odoris unguinoſi, olim inter vulneraria, temperantia, detergentia, aperientia & reſolventia relata ſunt; ex ea, cum expreſſo hyoſcyami nigri ſucco & oleo inſpiſſato, balſamus fit.

Antirrhiuum minus Linn. kleiner Dorant, kleine Kalbsnaſe, klein Berufkraut, kleiner Dorant,

rant, klein Stärkkraut, Ἀντιῤῥινὸν μικρὸν; floret Junio & Julio ad litora fluviorum, præſertim Nicari. Sapor foliorum amarus, ingratus, unguinoſus.

Antirrhinum Linaria Linn. *Linaria vulgaris lutea flore maj.* Linaire, Lin ſauvage, Linaria, Toad flax, Wild Vlaskruyd, Flachskraut, gemeines gelbes Flachskraut, Leinkraut, Frauenflachs, Marienflachs, Krötenflachs, Harnkraut, gros Harnkraut; floret Julio ad vias. Ill. Linnæo venenata, Ill. Hallero ſuſpecta planta ſaporis herbacei, amariuſculi, odoris, ſi inter digitos conteratur, ſambucini, interno uſu urinam pellere alvumque ducere, externo, variis ſub formis adplicata emollire, demulcere, dolores lenire dicitur; hæmorrhoidariis præſertim in unguento commendata. Flores apibus gratiſſimi.

Scrophularia nodoſa Linn. *Scrophularia nodoſa fœtida*, Grande Scrophulaire commune, Scrophulaire des bois Scrofolaria volgare, Figwort, groot Speen-kruyd, knotige Braunwurz, Braunwurz, Fiſchwurz, Kropfwurz, Rankenwurz, Feigwarzenwurz, Säuwurz, Sautkaut; floret Junio & Julio in ſilvis, ſepibus & pratis. Plantae ovibus intactæ radicem porcoſa vermibus liberare Erhart. l. c. 8. B. p. 153. radix & herba amara, fœtida, olim inter vulneraria, reſolventia, emollientia, detergentia relatæ fuere: Semen etiam vermifugis adnumeratum.

Scrophularia aquatica Lin. Herbe du ſiége, Scrophulaire aquatique, Betoine d'eau, Betonica delle acque, Greater Water-figwort, Beekſchuym, Waſſerbraunwurz, groſſe Waſſerbraunwurz, falſche Waſſerbetonien; floret Septembri ad Ameram. Cum priori viribus convenit, eique ſubſtitui poteſt pariter fœtida & amara; folia ingratum foliorum ſennæ infuſorum ſaporem corrigere, ne minima quidem virtutis medicatæ parte demta, dicuntur: Flores eius, ut prioris, mellis materiem præbent apibus. Gled. l. c. 2. p. 189.

Scrophularia foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis acutis, caule rectangulo, pedunculis bifidis. Floret Junio in ſilvis.

Digitalis purpurea Linn. (corollis luteis.) Digitale jaune, jaune Gans de nôtre Dame, Aralda gialla grande, great yellow Foxglove, grote gele Vinger-hœtskruyd, groſſer gelber Fingerhut; *Digitalis lutea magno flore* C. B. floret Julio & Auguſto, in ſilvis Blabyrenſi Tiefenthal, proxima cavernæ Nebelloch, & montis Rosberg. Videtur eſſe varietas purpureæ, licet corollæ ſint luteæ, ceterum ſimilis, ad quam etiam, & medicatæ purgantes, & venenatæ vires pertinent, quæ digitali adſcribuntur: Ex floribus aliquid ceræ petunt apes. Gled. l.c. 2. p. 183.

Limoſella aquatica Linn. Sumpfkraut; in regione Zabergovienſi obſervavit Cl. Hiller.

Oro-

Orobanche major Linn. groſe Sommerwurz, Schmeerwurz, Maywurz, Ervenſtrang, Ὀροβαγχη Διοσκοριδου, malus flos, malus Henricus; floret Junio & Julio in montibus Rosberg, Heuberg, & Balingenſi Lochenſtein. Plantae pecoribus amatæ Gled. l. c. 3. p 172. flores caryophyllos aromaticos olent.

TETRADYNAMIA.
SILICULOSA.

Myagrum ſativum & V. Linn. Cameline, Seſame d'Allemagne, Seſame bâtard, *Μυαγρον*, Doddergraſs, zahmer Leimdotter, zahmer groſer Dotter, Dort, kleiner Oelſamen; Finkenſamen; floret Majo, Junio & Julio in agris propinquis ſilvæ Burgholz, & patibulo Tubingenſi; nec non adjacentibus viae, Vaihinga Enſingam ducenti. Plantæ apium culturæ faventis radix fibroſa, lignoſa, ſapida, albida longa: Caulis cubitalis, hirtus, extremitate glaber, teres, folioſus; foliis hirſutis, ſemiamplexicaulibus, ſagittatis, interdum denticulatis: Spica florida terminalis; floribus pedunculatis, alternis, luteis, calicibus hirſutis, deciduis: Siliculæ glabræ: oleum ex ſemine, avium pabulo gratiſſimo, a Græcis ob gratiam ſaporis pani immiſto, & lini ſemini ſubſtituto, expreſſum, a pauperibus in lampadibus, & ad cibos condiendos adhibitum, emollit, præſertim aſperam cutem relaxat, & calefacit; internus uſus in alvi doloribus & ob-

ſtructionibus, oriſque ulceribus commendatur: Decoctum plantæ vinoſum in ophthalmiis prædicatur.

Draba verna Linn. *Alyſſon. vulgare polygoni folio, caule nudo* T. Frühlingshungerblümlein, kleinſtes Vogelkraut, Nägelkraut; Iam menſe Martio & Aprili florida, auctumno & hieme virens in paſcuis invenitur puſilla planta, petalis minimis ac deciduis; ovibus gratum & ſalubre pabulum præbens.

Draba incana Linn. beſtaubtes Hungerblümlein; Septembri in montibus floret, praeſertim in agris inter Waldhuſam & Bebenhuſam mediis.

Lepidium latifolium Linn. *latifol. foliis citrei eleganter virentibus*, Paſſerage, Peperella, Λεπίδιον, Common broad Ditander, Poorman's pepper, Pepperwort, groot Pepperkruyd, Pfefferkraut, Leberkraut; Auguſto ad hortos ſiniſtros portæ Hirſavienſis florens invenit Duvernoy, forſan ex hortis devians. Videtur loco aberraſſe. Tota planta acris eſt, ne radice quidem excepta, ſapore tamen cito evaneſcente; hinc interno uſu incidit, aperit, urinas pellit, ventriculum roborat, ſcorbuto medetur; externo rubefacit; juniora folia conciſa aceto & oleo imbuta embammatis inſtar comeduntur.

Lepidium ruderale Linn. Hundeſeuche; floret Julio & Auguſto in ruderatis & ad vias.

Thlaſpi peregrinum Linn. fremde Taſche; inveni menſe Majo in ſilva Thalheimenſi florens.

Thla-

Thlaſpi arvenſe Linn. *arvenſe ſiliquis latis* Thlaſpi des champs à large ſilique, Bœrenkerſſe, Beeſemkruyd, Baurenſenf, breiter Baurenſenf, breit-Taſchenkraut, Pfenningkraut; floret Majo frequens in arvis. Ovibus gratiſſimæ, præſertim ſi junior ſit Gled. l. c. 1. p. 186. plantæ, diuretioæ, ſudoriferae & emmenagogæ Erhart. l. c. 6. B. p. 300. folia ſaporem etiam ingratum carni & lacti animalium conciliant, quæ eis juſto majori copia utuntur. V. Act. acad. reg. Scient. Suec. 1750. Vol. XI. trim. 2. art. 3. ſemina odoris alliacei, ſanguinem coagulatum reſolvere, cimices e lectis Tiburtius Act. acad. reg. Scient. Suec. Vol. XXVII. 1766. trim. 4. art. 2. a frumentis arcere curculiones Oeconomiſche Nachrichten 2ter Band. Leipzig. 20ſtes Stück Nr. 3.

Thlaſpi alliaceum Linn. Knoblauch-artige Taſche, Baurenſenf mit dem Knoblauchgeruche, Thlaspi à l'odeur d'ail, floret Majo in ruderatis & ſponte ſua in hortis. Ab ovibus non comeditur, allium redolens planta.

Thlaſpi ſaxatile Linn. Felſentaſche; floret Maio inter ſaxa.

Thlaſpi campeſtre Linn. *vulgatius* J. B. Thlaſpi, Tharaſpi ordinaire, Moûtarde ſauvage blanche, gemeene Bœrenkers, Feldtaſche, gemeiner Baurenſenf; floret Majo in lapidoſis, praeſertim ad Nicarum prope pontem dictum Weilheimenſem. Radix longa, ſa-

ſapida, ſubdulcis, lignoſa; caulis unicus ramoſus, hirtus, foliis ſemiamplexicaulibus, alternis; ſiliculis glabris, emarginatis, ſtilo breviſſimo inſtructis ſubalternis, pedunculo piloſo tenui inſidentibus. Ovibus intactæ, acris & penetrantis ſaporis plantæ folia incidunt, abſtergunt, aperiunt, reſolvunt; ſemina ſalivæ fluxum excitant, & ulcera purgant.

Thlaſpi montanum Linn. Bergtaſche. Floret Majo, Junio & Julio in viis, ruderatis, montibusque Tubingenſibus, nec non in monte arcis Tuttlingenſis.

Thlaspi perfoliatum Linn. *perfoliatum majus & minus*, durchſtochene Taſche; floret Martio, Aprili, & Majo in agris & ad muros, præſertim juxta viam, quæ ducit proxime Nicaro Tubinga Luſtnaviam. Variat magnitudine florum & foliorum.

Thlaspi alpeſtre Linn. Alpentaſche; floret Junio in agris, Waldhuſam inter ſylvamque Bebenhuſanam mediis: Virtutes medicatas univerſi generis v. Zwinger l. c. p. 57.

Thlaspi Burſa paſtoris & *β. Burſa paſtoris media & major folio ſinuato & non ſinuato*, Tabouret, Bourſette, Bourſe, Borſetta, Θλασπι, Shepherds purſe, Teſkenskruyd, Hirtentäſchlein, Täſchelkraut. Inveni Decembri, Martio, Aprili & Majo ad vias florentem hanc plantam: odor plantæ vix ullus, ſapor radicis ſubdulcis & nauſeoſus, herbæ herbaceus, leniſſime adſtringens. Herba re-

recens contuſa externe quoque adhibetur ad profluvia ſanguinis ſiſtenda: Pecoribus non adeo aptum præbet pabulum, teſte Erhart l. c. T. VI. p. 312. ovibus tamen gratiſſima, teſte Pane Sueco, præſertim junior planta, teſte Gled. l. c. p. 1. p. 286.

Iberis nudicaulis Linn. *Naſturtium petræum foliis burſæ paſtoris*, Iberpflanze mit bloſem Stamm, in viæ Schwärzloch principio ad portam Hakthor invenit Duvernoy.

Alyſſum montanum Linn. *Alyſſum incanum luteum montanum*, Bergalyſſen; Inveni florentem hanc plantam menſe Majo in rupe montis Lochenſtein prope Balingam, licet punctato-echinatum illud, quod foliis adſcribit Ill. Linnæus, obſervare haud licuerit.

Alyſſum incanum Linn. beſtäubte Alyſſen, weiſſes Schildbeſemkraut, weiſſe Wegkreſſe, weiſſer Baurenſenf; floret Majo in ambulacro Tubingenſi, kleiner Wörth dicto: Herba bonum ovibus pabulum, flores ceræ materiem ſuppeditant apibus, teſte utriusque Gleditſchio l. c.

Alyſſum calycinum Linn. Kelchalyſſen; floret Junio in ſiccis ſterilibus.

Lunaria annua Linn. jährige Mondviole, Penningkruyd, Pæſch-blœme; floret Julio in monte Balingenſi Schalksberg, unde miſit Cl. Oſterdinger.

SILIQUOSAE.

Cardamine bellidifolia Linn. Bergkreſſe mit dem Masliebenblatte, Gauchblume mit

Gänsblümleinsblättern; floret Junio in agris inter Waldhuſam & ſilvam Bebenhuſanam mediis. Planta tenella: Radix gracilis: Folia radicalia plura ovata hiſpida: Caulis erectus, baſi hirſutus, rubellus, adſcendendo glaber, teres, ſubnudus, ſimplex; Foliis paucis hiſpidis, ovatis ſeſſilibus: Flores pedunculati, alterni, exigui, erecti; calicibus ſubluteis, cum corollis albis deciduis; Siliquæ lineares, erectæ, glabræ.

Cardamine reſedifolia Linn. Bergkreſſe mit Waublättern: floret Majo in ruderatis juxta viam, quæ ducit pone molendinas in villam Schwärzloch. Caulis ſatis altus, ſimplex, piloſus, term-natus floribus albis alternis; Folia alterna, exceptis ſummis petiolata, haſtato-triloba.

Cardamine pratenſis Linn. *Cardamine pratenſis magno flore purpuraſcente & albo*, Καρδαμινη, Καρδαμις, Wieſenkreſſe, Wieſengauchblume, Gauchblume, braune Kreſſe, wilde Kreſſe, floret a Martio ad Majum in pratis, præſertim humidis, & in ſilvis. Variat colore petalorum nunc rubello, nunc rubro, nunc albo: Antiſcorbutica, ſiſymbrio tamen aquatico non ſubſtituenda planta pecoribus etiam ſalubris, præſertim recens, junior ovibus grata Gled. l. c. 3. p. 358. a ſolis equis rejicitur. v. Scheb. S. v. Schr. 3. Th. p. 19. Flores antiſpasmodicos prædicat clar. Heberden in medical Transactions. Vol. I. London. 1768. nr. 19.

Car-

Cardamine amara Linn. Bitterkreſſe, bittere Gauchblume; floret Aprili in paſcuis humidis. Antiſcorbutica hæc planta vices ſiſymbrii aquatici ſupplere poteſt.

Siſymbrium Naſturtium aquaticum Linn. *Siſymbrium aquaticum Matthioli*, Creſſon d'eau, Creſſon de fontaine, Creſcione, Καρδαμον Ετέρον Διοσκορίδου, Watercreſſes, Waterkerſe, Brunnkreſſe; floret Martio & Septembri in aquis præſertim rivulis. Odoris purgentis, ſaporis ſubacris planta viribus cum cochlearia officinali convenit, paulo tamen debilior, circulum ſanguinis accelerat, viſcera roborat, obſtructa reſerat, ſecretiones promovet, & ſanguinem purificat, præſertim in ſucco aſſumta, in decocto aut infuſo vaccarum lui ſcorbuticæ, quam Lungenfäule appellant, mederi dicitur Erhart. l. c. 1. Th. p. 276. adulta juſto acrior aquas, in quibus habitat, rodentes, pecoribus & hominibus noxias reddit, ibid. V. de hac etiam planta Zwinger l. c. p 49. 50. Semina ut ſecum ferant nautæ, ſuadet Cl. Lind Eſſay of the moſt effectual Means of preſerving the Health of Seamen in the Royal Navy, II. Edit. London. 1762.

Siſymbrium amphibium paluſtre Linn. Raifort d'eau à feuilles laciniées, Sumpfraufe, Waſſerrettig mit zerriſſenen Blättern; floret Junio ad paludes.

Siſymbrium amphibium aquaticum Linn. Creſſon à feuilles de raifort, Waſſerrettig, Waſſerſenf, Waſſerhederich, Waſſermeerrettig;

floret Junio & Julio in humidis, foſſis aquoſis, ad fluvios & paludes: Radix utriusque raphano ſativo ſubſtitui & vere comedi poteſt: flores ceræ mellisque materiem præbent apibus. Gled. l. c. 2. p. 178. Folia juniora & ſemina Veteribus frequenter uſitata, poſteriora virtutibus ſuis ad ſemina ſinapis nigræ accedentia. Siſymbrium amphibium terreſtre Linn. Landrauke; floret Junio, Julio & Auguſto ad margines agrorum & in foſſis.

Siſymbrium burſifolium Linn. Rauke mit Hirtentäſchleinsblättern; floret Majo ad arcem Tubingenſem

Siſymbrium polyceratium Linn. Ερυσιμον Πολυχερατων, Rauke mit vielen Schoten; floret Julio in agris Kilchbergenſibus.

Siſymbrium Sophia Linn. *Siſymbrium annum abſynthii minoris folio* T. Talitron, Science des Chirurgiens, Flixweed, Fickruyd, Sophienkraut, Wellſamen, Beſemkraut; floret Majo & Junio in agris & incultis. Radix tenuis, fibroſa alba; caulis incanus, folioſus, interdum rubellus, nonnunquam ſimplex: Flores terminales, pedunculati, alterni: Siliquæcum pedunculis glabræ lineares. Tota planta leniter adſtringit, præſertim ſemen, pulveri pyrio miſtum poſterius ejus vim fulminantem augere Jall. Linn. flor ſuec. nr. 595. vermifugum eſſe, & cum vino infuſum ſudoris pellere forte ex fallacia cauſſæ non cauſſæ alii. V. de hac planta Zwin-

Zwinger examen plantar. naſturcin. Baſil. 1714. p. 50.

Eryſimum officinale Linn. *vulgare*, velar, Tortelle, Eriſamo, Ἐρύσιμον, Hedgemuſtard, Steen-rakette, gewöhnlicher Wegſenf, gebräuchlicher Hederich, gelb Eiſenkraut, Eiſenkrautweiblein; floret Junio, Julio & Auguſto ad vias. Radix lignoſa, alba, acris; herba paulo mitior, crudi, herbacei, ſubſalſi ſaporis; ſemina utraque longe acriora ſunt, & linguam mordent. Inter expectorantia & reſolventia refertur, omnesque promovere excretiones dicitur, ſcorbuticis etiam utilis, ex virtute totius claſſis, diuturnam tamen coctionem non ferens herba; extrinſecus etiam in cancro variisque tumoribus proficua: Junior planta in ſolo humido eoque fertili ſubdulcis, aquoſa ſucculenta, & tenera ovibus & grata & ſalubris. Gled. l. c. 3. p. 358.

Eryſimum Barbarea Linn. *Siſymbrium erucæ folio glabro*, Herbe de St. Barbe, Erba di Sta Barbara, Ευζωμον ξανθον μειζον, Barbenkraut, Winterkreſſe, Majo inter lapides ad vias & ad aquas, flore pleno ad Ameram invenit Duvernoy. Subacris, antiſcorbutica, vulneraria, tenerior & oleribus, & vernis acetariis inſerviens planta in hydrope etiam incipiente efficax prædicatur; folia eorumque ſuccus ad vulnera atque inveterata ulcera commendantur; flores apibus & mel & ceram præbent Gled. l. c. 2. p. 214. ſemen

intar

inter aperientia & lithonthriptica refertur.

Eryſimum Alliaria Linn. *Heſperis allium redolens* T. Alliaire, Agliaria, Jak by the Hedge, Sauce-alone, Look Zonder Look, Knoblauchkraut; floret Majo in viis, ruderatis, hortis; plantæ, quam oves intactam reliquunt, radix tenuis, lignoſa, alba, allium redolens; caules tenues ſubhirſuti, ſolidi, teretes, ſtriati; folia amaricant, & contrita allium redolent; hinc inter ſudorifica, carminantia, aperientia & putredini venenoque reſiſtentia medicamina relata, externe & interne nunc ſiccata, nunc decocta, nunc in ſucco expreſſo exhibentur; Semen tritum ſternutationem ciet.

Eryſimum cheiranthoides Linn. Levcojenförmiger Hederich; floret menſe Majo in rupe montis Balingenſis Lochenſtein.

Cheiranthus foliis integerrimis piloſis ſeſſilibus; radicalibus ovatis, caulinis lineari-lanceolatis, caule procumbente ramoſo; floret Junio ad arva Waldhuſam inter & Bebenhuſam media: Planta ſpithamaæ: Caulis gracilis teres inferius piloſus, ſuperius lævis; rami alterni terminati floribus pedunculatis minimis alternis: Calicis foliola glabra, ex viridi lutea; petala alba, unguibus calicem ſuperantibus; antheræ eminentes; ſiliquæ patentes, erectæ, graciles, longæ, teretiuſculæ, ſubarcuatæ; Folia rara, alterna.

He-

Heſperis inodora Linn. geruchloſe Nacht⸗violé; floret Majo in monte Schloßberg proxime arci. Planta hirſuta. Radix fibroſa albida; protrudens folia multa ſeſſilia lanceolata hirſuta dentata; caules plerumque plures hirſutos teretes rarius ramoſos pedales & ultra, folioſos; foliis haſtatis piloſis, amplexicaulibus, a baſi ad medium dentatis obtuſis, alternis; floribus albis ex alis ſuperiorum foliorum natis, ſpicatim fere diſpoſitis, breviter pedunculatis; ſiliquis linearibus, planis, ſtrictis, polyſpermis.

Arabis alpina *α.* Linn. unächtes Alpen⸗thurnkraut, Alpengänſekraut; floret Julio inter ſaxa, & ad rupes ſilvæ Blabyrenſis Tiefenthal.

Arabis turrita Linn. gemeines unächtes Thurnkant, gethürmtes Gänſekraut, Levcoje mit dem Nachtveielblatte; floret Junio in agris Poltringenſibus.

Turritis glabra Linn. glattes Thurnkraut, Thurnſenf, Thurmkohl, Waldkohl; floret Junio ad vineas. Herba ſaporis naſturcini ovibus nutrimentum Gled. l. c. 1. p. 287. flores apibus & mel & ceram præbent. ibid. 2. p. 201.

Turritis foliis omnibus glaberrimis integerrimis; caulinis obovatis obtuſis, amplexicaulibus; radicalibus cochleariformibus, ſubemarginatis: Floret Majo & Junio in arvis pone patibulum Tubingenſe, & viæ Jeſingenſi adjacentibus. Radix lignoſa, alba, vix ſapida, longa, fibroſa. Caulis glaber⸗

berrimus, teres, folioſus, ſimplex: Folia glauca: Flores terminales pedunculati alterni; corollæ albæ erectæ: Siliquæ longiſſimæ, tetragonæ: Maxime adfinis braſſicæ campeſtri, differt tamen foliis amplexicaulibus, nec tantum ſeſſilibus, obovatis, neque cordatis; ſiliquis etiam exquiſite tetragonis.

Sinapis arvenſis Linn. Akerſenf, wilder früher Akerſenf, Feldſenf, ſchwarzer Feldſenf, wilder Senf, Triller, gelber Hederich, falſcher Hederich; floret Majo in arvis. Radix dulcis, tuberoſa, parva, alba: Planta reliqua ſcaberrima folioſa apium culturæ maxime favens. Gled. l. c. 2. p. 201. ex alis ſuperiorum foliorum naſcuntur ſpicæ floridæ, quibus etiam caulis terminatur: Flores lutei, pedunculati. Plantæ, quæ junior in ſolo humido eoque fertili creſcens, ſucculenta, mollis, tenera, & ſubdulcis ovibus amatur. Gled. l. c. 3. p. 357. viribusque cum eryſimo officinali convenit, foliis paſcuntur vaccæ, junioribus in annonæ caritate homines, Scani inſtar braſſicæ; ſemina ſeminibus ſinapis nigræ ſubſtitui poſſunt, & expreſſione Finis oleum unguinoſum ſuppeditant. Schreb. neue Cammeralſchr. 5. Th. p. 278.

Raphanus Raphaniſtrum Linn. Akerrettig, Hederich, Häderich, Heederich, Heiderich, Heidenrettig, weiſſer Hederich, Akerkohl; floret a Majo in Septembrem ad marginem agrorum, & inter ſegetes. Radix lignoſa, fibroſa, acris, alba; caules plures, hiſpidi,

di, ſucculenti, folioſi, ramoſi; foliis hiſpidis, petiolatis, uti folia radicalia, pinnatifidis, ramis axillaribus. Flores pedunculati, calicibus glabris, coro lis albis, venis purpureis: Planta agris ſummopere noxia, quam raphaniæ morbi illius atrocis epidemici cauſſam eſſe ſuſpicatur Ill. Linnæus, Amœn. acad. Vol. VI. 123. negantibus tamen aliis, præſertim Ill. Spielmanno, cujus uſu etiam oves perimi Ellis in Schreb. Samml. verm. Schr. 13. Th. p. 51. nonniſi junior evulſione totius delenda Erhart. l. c. 6. B. p. 284. ſqq. aut evulſione florum Ellis l. m. c. viribus cum eryſimo officinali conveniens, gratum pecoribus pabulum Erhart. l. c. junior in ſolo fertili humidoque ſubdulcis aquoſa, mollis & tenera ab ovibus amari traditur. Gled. l. c. 3. p. 357. Flores multum & mellis & ceræ ſuppeditant apibus. id l. c. 2. p. 200. ſemina porcis propinari poſſunt. Erhart. l. m. c.

Iſatis tinctoria Linn. *Iſatis ſylv. vel anguſtif.* Gaude, Geude Pastel, Paſtello, Ισαλυαγρια, Woad, Wayd, Färberwäyd, Schärte, floret Majo & Junio frequens in montibus Schlosberg, Rappenberg, Gypsberg & Spizberg. Folia varia præparatione pigmentum cæruleum indico ſubſtituendum & viride præbent, de quo v. Schrebers hiſtoriſche, phyſiſche und öconomiſche Beſchreibung des Waids. Halle. 1752. Ebend. Samml. verm. Schr. 1. Th. p. 140. ſqq. und 2. Th. p. 350. ſqq. und 8. Th.

8. Th. p. 450. ſqq. Ebel in diſſertat. de indo germanico Halæ. 1756. & Hiller de vegetabilium ulteriore indagine &c. Tubingæ. p. 17. ſqq. hic tamen color oſſa animalium penetrare non videtur. V. Act. Acad. Elect. Mogunt. Erford. 1757. T. I. p. 131. Apes hac planta utentes obſcuram ceram exhiben. Hagſtrœm. l. c. p. 16.

MONADELPHIA.

Geranium cicutarium Linn. *Geranium cicutæ fol. minus & ſupinum*; Storchenſchnabel mit dem Wüterichsblätte; Kranichſchnabel; Akerſchnabelkraut; klein Schnabelkraut mit Schierlingsblättern; kleiner früher Akerſtorchſchnabel mit Schierlingsblättern; Martio, Aprili, Septembri & Octobri ad muros & litus Nicari.

Geranium ſilvaticum Linn. Waldſtorchenſchnabel; floret Junio in ſilva Bebenhuſana: Omnium geraniorum pericarpiis maturis motus elaſticus explodens communis eſt.

Geranium paluſtre Linn. Sumpfſtorchſchnabel, Waſſerſtorchſchnabel, Bruchſtorchſchnabel; floret Junio in ſilva Burgholz. Ex floribus pollinem legunt apes. Gled. l. c. p. 189.

Geranium pratenſe Linn. *batrachioides*, Bec de cicogne ſauvage; Geranio dei prati; Γερανιον βατραχιδες; Wild Cransbill; Oyevaarsbek met blauwe blœme; Wieſenſtorchſchnabel; Majo in ſilvis & pratis: Caulis cubitalis hirtus extremitatem verſus nonnunquam rube

rubellus, dichotomus: Folia amara, leniter adſtringentia, hinc vulneraria, ſex aut ſeptemſida, petiolata, cum petiolis hirſuta, ſuperiora ſeſſilia, bracteis binis lanceolato - linearibus ad genicula tumida appoſitis: Flores bini aut terni: Calices hirſuti; Pedunculi fuſci: Petala integra, purpurea, ſtriis albis exarata: Vomitum ciere hanc plantam ex Ill. Hallero tradit Erhart. l. c. 2. B. p. 173.

Geranium robertianum Linn. Herbe à Robert, Erba di Sto. Roberto, Herb Robert, Robbrechtskruyd, Ruprechtskraut, ſtinkender Storchenſchnabel; floret Majo & Junio ad muros: Caulis hirtus, ramoſus, geniculis rubris; ramis, foliis & calicibus, hirtis: Calices ex fuſco rubri, ſtriati. Plantæ, quam oves intactam relinquunt, folia ſaporis herbacei, ſalſi, glutinoſi, leniter adſtringentis olim in vulneribus ſanguinisque profluviis, etiam in cancro commendata a Cl. Kannengieſſer in act. phys. med. Acad. Cæſ. Nat. Curioſ. T. I. 1757. §. 41.

Geranium lucidum Linn. leuchtender Storchenſchnabel; floret Junio in umbroſis.

Geranium molle Linn. weicher Storchenſchnabel, groſer Taubenſchnabel, rauher groſer Taubenfus. Inveni Junio in via, quæ ducit juxta Nicarum Luſtnaviam, floridum: uti cucutarii, & rotundifolii herba balſamica vulneraria & adſtringens cum lacte eby-

tyrato, quod vocant, cocta, bobus ovibusque dyſenteria laborantibus datur, junior ab ovibus comeditur. Gled. l. c. 3. p. 356

Geranium diſſectum Linn. zerſchnittener Storchenſchnabel; floret Junio ad vias.

Geranium rotundifolium Linn *Geranium folio rotundo, minus profunde laciniato*, Bec de gruë, Pié de pigeon, Rundblåtterichter Storchenſchnabel, Taubenſchnabel, Taubenfus, Scartenkraut.

Geranium puſillum Linn. kleiner Storchenſchnabel: floret eodem tempore ad agros etiam in regione Zabergovienſi, teſte Cl. Hiller.

Geranium ſanguineum Linn. blutrother Storchenſchnabel, Blutwurzel, Blutkraut, rothe Hůnerwurz, wilder Storchenſchnabel mit einer Blume, Γεϱανιον αιματωδες, Bec de cicogne à une fleur ſauvage; floret Majo in ſilvis. Radix fibroſa fuſca adſtringens, coriis parandis apta Gled. l. c. 1. p. 22. emittens caules magnos diffuſos procumbentes hirtos, dichotomos, foliis ſtipticis, vulnerariis, corio parando pariter idoneis. Gled. l. c. 1. p. 22. rotundis multifidis piloſis oppoſitis, petiolatis, ex quorum alis naſcuntur pedunculi uniflori erecti, longi: Genicula tumida: Calices hirſuti. Flores apium culturæ favent. Gled. l. c. 2. p. 175.

Malva rotundifolia Linn. petite Mauve, Malva piccola, Small Mallow, klein Kaasjes-

jes-kruyd, Gänsmalven, kleine Pappel, kleine rundblätterichte Pappel, Hasenpappel, Gänsepappel, gemeine Käspappel wilde Käspappel; floret Majo, Junio & Julio ad vias. Tota, ut ſequens, inodora, mucilaginoſa, aquoſa, ſubdulcis lenit, emollit, humectat, nutrit, alvum leniter ducit, doloresque mitigat, olim inter olera relata; in decocto aſſumta dyſentericis, ardore urinæ, & acrimonia humorum laborantibus ſummopere proficua; in clyſmatis, fomentis, & catalaſmatis adhuc frequens; ſuccus etiam herbæ ægre parturientibus, maniacis, melancholicis, viſcera inflammatis commendatur.

Malva ſilveſtris Linn. *Malva fl. majore fol. ſinuato*, Mauve ſauvage, Malva ſalvaggia, wild Mallow, Malowe, Kaasjes-kruyd, Waldmalve, Hasenpappel, Rospappel, Pappelkraut, Pappeln; floret a Junio ad Auguſtum ad muros, & vias, præſertim juxta Nicarum Tubinga Luſtnaviam ducentem: Gallis & Anglis officinales radix & herba virtutibus cum priore conveniunt; flores & ceræ & mellis materiem multam præbent apibus Gled. l. c. 2. p. 181. Semen Würtembergenſibus officinis ſolum officinale demulcet, emollit, doloresque lenit nephriticos, in decocto adhibitum.

Malva alcea Linn. Alcée, Vervein-Mallow, Sigmarskraut, Sigmarswurz, Simeonskraut, Fellriswurzel, floret Julio & Augu-

 ſto

ſto ad margines pratorum præſertim juxta viam in ſilvam Schwärzloch ducentem ſitorum; in ſaxis ſilvæ Blabyrenſis Tiefenthal; etiam in regione Zabergovienſi obſervavit Cl. Hiller: Convenit cum prioribus virtute medicata, minus tamen & his & althæa officinali mucilaginoſa; radix & herba in officinis proſtant: Flores apibus materiem ceræ præbent. Gled. l. c. 2. p. 190.

DIADELPHIA.

Fumaria bulboſa Linn. Ariſtoloche petite ronde, Slender-Birthwort, Boontjes, Holwortel, knolliger Erdrauch, kleine runde Holwurz, gemeine Holwurz, kleine runde Oſterluzey; floret Martio, Aprili & Majo in pratis: Variat corollarum magnitudine & colore, nunc albo, nunc rubro; Ariſtolochiæ rotundæ radici ſubſtituitur interdum ejus radix, longe tamen debilior; externe chirurgis in uſu eſt.

Fumaria officinalis Linn. Fumeterre, Fumaria, Καπνος, Fumitory, Duuvekervel, Erdrauch, gewöhnlicher Erdrauch Taubenkropf, Akerraute; Rarior olim in Europa planta floret Majo & Junio in agris & montibus, præſertim ad viam Reutlingenſem & in monte anatolico. Teneræ ſucculentæ plantæ ovibus amatæ, & rariori paulo uſu ſaluberrimæ Gled. l. c. 3. p. 350. radix tenuis, fibroſa, albida, amara, inodora, ſæpius incurvata, emittens caules plurimos de-

decumbentes virentes ſucculentos incurvos: Folia glauca, amara, inodora: Flores ſubſpicati ſubſeſſiles, rubelli, macula in dorſo vexilli viridi, in alarum conniventia ſaturate purpurea: Inteſtina roborat, alvum leniter ducit, excretiones promovet, & ſanguinem depurat, variis ſub formis adhibita herba, de qua Vid Rieckii diſſert. de fumaria, præſ. Rud. I. Camerario Tubing. MDCCXVIII. habita

Polygala vulgaris Linn. Polygala, Polygalon, Herbe à lait, Ονοβρυχις Διοσκοριδου, Milkwort, gemeine Creuzblume, Himmelfarthsblume, Natterblume, Ramſelblume, Ramſel, Milchblume, Milchwurz; floret Majo & Junio in ſilvis montibusque: Pecoribus lactifera planta, teſte Geſnero, leniter alvum ducit, ab aliis pleuriticis & catarrhoſis commendata, a Cranzio phthiſicis, mat. med. Edit. II. T. II. p. 180. radicem alii radici Senegal ſubſtitui poſſe; foliorum amariuſculorum & ſubacerborum vim laxantem, alterantem & diſcutientem prædicat Bœcler l. c. p. 38 39.

Polygala amara Linn. bittere Creuzblume; floret Majo in monte Spizberg verſus ſylvam Schwärzloch. Radix repens amariuſcula, protrudens caules plures erectos folioſos, foliis glabris, linea media elevatis ſeſſilibus alternis anguſtia & longitudine abaſi ad apicem caulis creſcentibus, infimis obovatis obtuſis, ſenſim in formam lanceolatam, ex

hac in lineacem abeuntibus; ſlores ad apium caulis alterni breviſſime pedunculati cum pedunculo profunde cærulei, ſpicati.

Polygala monſpelica Linn. Creuzblume von Montpellier; floret Majo ibidem: Caule erecto ramoſo, ramis alternis, foliorum ſumma anguſtia carneoque florum colore a prioribus differre videtur.

Spartium ſcoparium Linn. Genêt commun, Broom, Brem kappers, gemene Brem, beſemförmige Pfriemen, Pfriemen, Pfriemkraut, Ginſtpfriemkraut, Beſemkraut, Rehkraut, Haſengeil, Gienſt; floret Junio in ſilva Bebenhuſana Steinriegel eaque, quæ proxima adjacet villae Roſec frequentiſſimum. Caulis angulatus, glaber, fruticoſus, inermis, ramis inermibus ſubhirſutis; foliis plurimis hirſutis, nunc ſolitariis, ut plurimum obovatis, interdum emarginatis, ſeſſilibus: Calix pedunculatus, cernuus, glaber, bilabiatus, labiorum apicibus ſcarioſis: Flores magni lutei, vexillo deorſum pendente, baſi ſtriato; Legumen hirſutiſſimum, ſtilo longo contorto inſtructum: Nonne potius ad geniſtam referenda planta? Stirpis, quam ad ornandos hortos ſepesque vivirentes commendat Osbeck act. acad. reg. Scient. Suec. Vol. XXVI. 1765. trim. 3. art. 9. & quæ combuſta cineres lixivioſos præbet præter vires, omni alcali vegetabili communes, inutiles, Odelio tamen hydropicis eximie commendatos act. acad. reg ſcient. Suec.

Vol. XXIII. trim. 1. n. 7. Coriis parandis aptæ Walther. Schreb. Samml. verm. Schr. 2. Th. p. 430 ſaltem in extremis ramis Gled. l. c. p. 22. Cortices maturorum ramorum forſan etiam telis inde conficiundis adaptari poſſunt, uti italica ſpecies. Trombelli Comment. inſtit. Bononienſ. ſcient. & art. T. IV. Bonon. 1757. nr. 25 & Macerati in hiſtoire de l'academ royale des Sciences à Paris 1766. p. 52. ſqq. folia, ramuli & ſummitates, balſamica, amara, mucilaginoſa, nauſeabunda, ſubacria, diuretica & purgantia hydropicis, & morbis viarum urinariarum laborantibus commendantur: flores nondum aperti, capparidum inſtar conditi, in quibusdam regionibus comeduntur; licet ab aliis alvum & vomitum movere dicantur, aceto forte correcti; aperti apibus ceræ materiem ſuppeditant Gled. l. c. 2. p. 157. & ſive in ſubſtantia, ut ajunt ſive in extracto dati ventriculum roborare perhibentur: Semina violenter purgant, & vomitum excitant, toſta tamen coffeæ vices ſupplere poſſe Schreber ſpicileg. flor. lipſ. p. 26.

Geniſta ſagittalis Linn. *Geniſtella herbacea* T. pfeilförmiger Ginſter, kleine Erdpfriemen; floret Majo, Junio & Julio in ſilvis, præſertim montoſis, in monte Rosberg & in collibus, juxta viam, quæ ducit trans montem Schloßberg in montem Spizberg poſitis.

Geniſta tinctoria Linn. *Geniſtella tinctoria*,

Genêt des Teintres, Geneſtrole, Herbe aux teiutures, petit Genêt, Herbe à jaunir, Common Dyers broom, dying Broom, Woodwaxen, Greenwood; gemeene Akkerbreem, Fårbergeniſt, Fårberginſter, Fårberpfriemen, deutſche Fårberpfriemen, gelbe Fårberblumen, Geniſt, Geniſter; floret Majo, Junio & Julio in ſilvis, præſertim Schwårzloch. Caulis ramoſus, diffuſus, ſtriatus, inermis, folioſus; foliis alternis ſeſſilibus, ſupra ſplendentibus, lanceolatis; ſtipulis binis ſubulatis ad folia appoſitis; rami alterni axillares; flores breviſſime pedunculati, alterni, axillares, calicibus quinquedentatis. Sylvis noxius frutex odoris ſambucini, amarus lac animalium eo utentium notabili amarore inficit. Erhart. l. c. 9. B. p. 18 tinctoribus & recens & ſiccata ad imbuenda colore luteo & viridi fila inſervit. V. Hellot in Memoir. de l'Acad. des Scienc. à Paris. 1741. l. 20. May. Folia exſiccantis, amari, acris & nauſeabundi ſunt ſaporis. Gled. l. c. 1. p. 308. Scopoli in hydrope commendata, ſi viſcera adhuc integra ſint, Flor. Carniol. p. 532. Omnes hæ ſpecies plus quam aliæ alcali fixi in cineribus ſuis exhibent.

Geniſta germanica Linn. *Geniſta ſpartium minus germanicum*, T. Petit Genêt d'Alemagne, Gineſtra tedeſca, little Broom of Germany, deutſcher Ginſter, kleiner deutſcher Ginſter, ſtachlichter Genſter, kleine deutſche Pfriemen, kleine ſtachlichte Erdpfriemen, kleines deutſches

ſtach-

ſtachlichtes Pfriemkraut; floret Majo Junio & Julio in ſilvis Bebenhuſana, Burgholz, Schwärzloch, montis Spizberg, & Blabyrenſi Tiefenthal; Spinæ binæ aut ternæ, alternæ, pedunculi multi folioſi inermes, cum foliis & calicibus hirſuti: Ad ſepes vivas commendat Erhart l. c. 2. p. 157.

Ononis ſpinoſa Linn. *Anonis ſpinoſa flore purpureo*, Arrête bœuf, Bugrane, Bugrana, Acutella, Ονωνις, Reſt-harrow, Cammock, Petty-Whin, Stalkruyd, Hauhechel, Stallkraut, Stahlkraut, Ochſenkraut, Ochſenbrech, Weiberkrieg. Foret menſe Julio ad vias: Varietas mitis a Julio ad Septembrem in agris & montibus floret: Folia non ſemper ternata, neque flores ubique geminos videre mihi licuit. Sepibus mirifice idoneæ plantæ turiones edules olim inter olera referebantur: radix diuretica officinis inter aperientes minores habetur, herbam, quæ junior pecoribus egregie conducit, & adulta etiam amatur ab ovibus. Gled. l. c. 3. p. 352. cum aqua decoctam, reſtaurato experimento ad ſymptomata calculi mitiganda efficacem invenit Ill. de Hæn. rat. med. Vol. VI. p. 289.

Anthyllis vulneraria Linn. *Vulneraria ruſtica J. B.* Vulneraire des paiſans, Wondkruyd, Wundkraut, Wundklee, Kazenklee, groſer Kazenklee, gelber Haſenklee, wilde Bohnen; floret Majo & Junio in pratis & montibus. Flores plerumque lutei, in ſolo ex fla-

rubro calcareo - argillaceo rubent; in ſolo albo ex calcareo argilloſo candicant: A reliquis animalibus rejecta ab ovibus comeditur Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 12. uſus medicus olim vulneraris nunc obſoleverit.

Orobus vernus Linn. *ſylvaticus purpureus vernus*, Frühlinserven, Phaſanenkraut, Waldkichern, rothe Waldwiken; floret Aprili & Majo in ſilvis & montibus frequentiſſimus.

Orobus tuberoſus Linn. knollige Erven, falſches Süsholz, Waldwike mit knolligen Wurzeln; floret Majo & Junio in ſilvis. Stipulæ utrinque dentem unum vel duos habent: Radix cocta ſapida & nutriens, in Scotia pro cibo & medicamento habetur; flores hujus, ut verni, pauxillum etiam mellis præbent apibus Gled. l. c. 2. p. 157.

Orobus ſilvaticus Linn. Walderven, glattes Phaſanenkraut, ſüſe Heidekichern, floret Majo in ſilvis: Radix dulcis eſt; folia mucilaginoſa & ſubdulcia pecora nutriunt. Gled. l. c. 1. p. 309.

Orobus niger Linn. *Orobus viciæ foliis*, ſchwarze Erven, ſchwarzes Phaſanenkraut, hohe ſtaudige Waldkichern, falſche Süsholzſtaude; Junio in monte Spizberg florentem invenit Duvernoy. Radix dulcis eſt, folia mucilaginoſa, ſubdulcia nutriunt. Gled. l. c. 1. p. 510.

Orobus caule ramoſiſſimo, foliis pinnatis ovatis mucronatis, ſtipulis ſagittatis integer-

gerrimis; Majo in ſilva pone patibulum Tubingenſe: Folia nunc paria, nnnc imparia, nunquam ultra decem, ſubſeſſilia, mox oppoſita, mox alterna, coſta folii proceſſu ſubulato terminata; flores Secundi racemoſi petiolati, vexillo emarginato, lineis rubris picto.

Lathyrus Aphaca Linn. Akerplatterbſe; floret Junio & Jnnio inter ſegetes, juxta viam, quæ Tubinga Reutlingam & Entringam pedites, & Vaihinga Enſingam ducit, poſitas, nec non inter ſegetes proximas patibulo Tubingenſi.

Lahtyrus tuberoſus Linn. Tarnottes, Geſſe ſauvage, Muyſen met Staerten, knollige Platterbſen, Erkelnüſſe, Erdnüſſe, Erdmäusgen, Erdfeigen, Erdeicheln, Grundeicheln, Saubrod, falſch Schweinbrod, floret Junio & Julio prope montem Spizberg, & in ſilva, quam peregrant pede Tubinga Entringam profecturi: Plantæ agris infeſtæ, in pratis amatæ, quæ profunda & ſicciora magis amat, quam humida, licet ne in his quidem male cedat, & facile colatur, Schreb. Samml. verm. Schr. 2. Th. p. 417. radices tuberoſæ dulces, eſculentæ, porcis etiam amatæ, & obſonia & in annonæ caritatæ panes hominibus præbent. Erhart. l. c. 8. B. p. 116. flatulentæ tamen; herba equis, bobus, capris, & ovibus maximopere conducit Schreber l. m. c. ex floribus odoratis pauxillum mellis & ceræ petunt apes. Gled. l. c. 2. p. 180.

La-

Lathyrus pratenſis Linn *luteus foliis viciæ*, Wieſenplatterbſen, Wieſenkichern, gelbe Wiken, Honigwiken, Zaunwiken, gelbe Vogelwiken, gemeine Vogelwiken; floret Majo in ſilvis, ad muros, & in dumetis, præſertim montis anatolici; pecoribus conveniens pabulum & recens & ſiccata planta, in pratis aridis colenda fert, ſemina quæ uti ſequentis, in annonæ caritate panem vicarium præbent; ex floribus odoratis mella ſugunt apes. Gled. l. c. 2. p. 180.

Lathyrus ſilveſtris Linn. *ſylveſtris major*, wilde Platterbſen, wilde Erven, wilde Kichern, Waldkichern; floret Julio in ſilvis Schwärzloch & Burgholz, & in monte Gypsberg. Hunc cum priori & tuberoſo leguminibus eſculentis accenſet Cl. Scheuchzer, l. c. p. 4. Ovibus noxius, topiariis idoneus: Ex floribus mella legunt apes. Gled. l. c. 2. p. 191.

Lathyrus latifolius Linn. breitblätterichte Platterbſen, groſe breitblätterichte wilde Platterbſen; floret Julio in agris, præſertim juxta viam Reutlingenſem & Mayringenſem poſitis. Flores purpurei odoratiſſimi.

Lathyrus heterophyllus Linn. Platterbſe mit zerſchiednen Blättern; floret Junio in monte Balingenſi Schalksberg.

Vicia piſiformis Linn. *Piſum ſylveſtre perenne*, erbſenförmige Wiken; in ſummis jugis montis Spizberg florentem invenit Duvernoy.

Vi-

Vicia dumetorum Linn. *maxima dumetorum*, Hekenwiken; ad ſepes montis Spizberg invenit Duvernoy, ego etiam Majo in ſepibus. Folia 14 — 15 alterna, hirta, ovata, mucronata, exterius decreſcentia, priora a caule aliquantum remota: Cirrhi trifidi, ſtipulæ alias integerrimæ, alias dentatæ, interdum circulo fuſco notatæ; Legumina terna, quaterna aut quina nutantia.

Vicia ſylvatica Ninn. Waldwiken; Veſſe des bois; floret Junio in ſilva Schwärzloch & in monte Rosberg.

Vicia Cracca Linn. *Vicia ſylveſtris ſpicata Cracca*, Vogelwike, groſe Vogelwike, Krake, groſe blaue Waldwike; floret Junio in paſcuo dicto, Schwanzer, in via Hirſavienſi, in ſepibus Roſekenſibus, & ad viam trans montem Schloßberg in montem Spizberg ducentem. Caulis adſcendens, anceps, ſtriatus, ramoſus, folioſus; foliis pinnatis, foliolis oblongis, hirſutis, mucronatis, ſeſſilibus, nunc oppoſitis, nunc alternis, verſus exteriora decreſcentibus, ab 8 — 20: Cirrhi trifidi convoluti: Racemi florum erecti, incurvi, ſecundi; flores breviter pedunculati: Gratiſſimum & eximium pecori pabulum præbere, quod in pratis altum & denſum creſcat, muſcorumque nimio proventui obſtet, hinc ſerendum in pratis ſit, Acta Stockholmienſia, alii contrarium teſtantur: ex floribus mel expetunt apes. v. Hagſtrœm. l. c. p. 4.

Vicia ſativa Linn. Veſſe, Vicia, Αφακη, Vetch,

Vetch, Wikke, Futterwiken, ſchmalblätterichte glatte Heidewiken; floret Junio ſponte in agris: Plantæ, quæ tenerum ovibus nutrimentum præbet. Gled. l. c. 1. p. 288. & omnibus pecoribus eximium pabulum, ut mereatur menſe Aprili in pratis ſeri, formicis maxime amatæ, flores apibus grati Gled. l. c. 2. p. 202. ſemina farinacea, quorum cauſa & hanc & reliquas enumeratas & ſequentem etiam ſpeciem leguminibus edulibus adnumerat Cl. Scheuchzer l. c. ut reliquarum etiam ſpecierum, avibus majoribus gratiſſimum pabulum, in annonæ caritate panem, difficulter tamen digerendum, & priſcis Medicis materiem cataplaſmatum emollientium & remedium diarrhœis ſiſtendis interno uſu aptum exhibent.

Vicia ſepium Linn. Veſſe ſauvage, Vicia ſalvaggia, wild Vetch, Zaunwiken, wilde Wike, groſe frühzeitige Waldwike; floret Majo & Junio in ſepibus. Plantam, quæ eximium pecoribus pabulum præbet, & in pratis gratiſſima, Aprili menſe ſeri poteſt. Schrebers Samml. verm. Schr. 3 Th. p. 86. reliquis ſpeciebus & totam, & inprimis ſemina magis adſtringere. Gled. l. c. 3. p. 353.

Ervum tetraſpermum Linn. vierſamige Linſen, kleine glatte Feldwike, kleine glatte Vogelwike; floret Junio in arvis Waldhuſanis, & viis Reutlingenſi, Hechingenſi atque Jeſingenſi adjacentibus. Caulis procumbens alatus, cirrhis affigens ſe aliis plantis; pedun-

dunculi plurimi uniflori, interdum etiam triflori. Egregie nutrit cum ſequente ſpecie. Gled. l. c. 3. p. 353.

Ervum hirſutum Linn. zotige Linſen, kleine wilde Wiken, kleine Vogelwike, kleine rauhe Feldwike; floret Junio in agris Waldhuſanis, & viæ Reutlingenſi adjacentibus. Caulis procumbens, diffuſiſſimus: Pedunculi ſæpe bi- aut triflori.

Cytiſus nigricans Linn. ſchwärzlichter Geisklee, wilder Geisklee, ſchwärzlichte Geisſtaude: floret Junio & Julio in ſilvis præcipue Burgholz & Schwärzloch; frequentiſſimus in collibus juxta viam, quæ ducit trans montem Schloßberg in montem Spizberg; nec non in monte propinquo ruderibus caſtelli Blabyrenſis Ruſſenſchloß. Caulis incanus adſcendens: Folia pedunculata ternata, rarius bina ovata, inferius ſericea: Flores racemoſi: racemo erecto, lutei, alterni, nudi, pedunculati cernui; calix trilabiatus, labio ſuperiori integerrimo, inferiori tridentato.

Cytiſus hirſutus Linn. *Cytiſus foliis ſubrufa lanugine hirſutis*, zotiger Geisklee, rauhe Geisſtaude; in latere orientali nemoris Schwärzloch & in monte Spizberg Duvernoy.

Coronilla coronata Linn. gemeine Kronenwike; In regione Zabergovienſi obſervavit Cl. Hiller.

Coronilla varia Linn. *herbacea flore vario T.* bunte Kronenwiken, Peltſchenkraut, falſches Saintfoin, purpurbraune Peitſchen, bunte

Pelt-

Peltſchen; floret Julio & Auguſto in monte Spizberg frequens, in collibus & agris, juxta viam, quæ eo ducit trans montem Schloß-berg. Caulis ſæpe procumbens, ſcandens; capitula florum declinata. Gratum pecoribus pabulum præbere alii, alii ab iis non tangi aſſerunt; ad prata artificialia multum commendata a Cl. Miller l. c. Explic. Tab. CVII.

Ornithopus perpuſillus Linn. *Ornithopodium majus*, Pié d'oiſeau, Griffe d'oiſeau, Ornithopode, Ορνιθοποδιον, Vogelfus, kleinſter Vogelfus; Junio in monte Spizberg florentem vidit Duvernoy. Aperientis & diureticæ plantæ decoctum ad calculos conterendos arenamque pellendam commendatur; externe herniis inteſtinalibus imponitur.

Hippocrepis comoſa Linn. zöpfiges Hufeiſen; floret Majo in montanis, præſertim prope montem Spizberg.

Hedyſarum Onobrychis Linn. *Onobrychis foliis viciæ fructu echinato major*, Eſparcette, Saint foin, Gros foin, Ονοβρυχω, French herb, türkiſcher Klee, Schweizerklee, Hanenkammklee, Hanenkopf, zahmer Hanenkopf, Wiedhopfenkraut, Eſelswiken; floret Majo & Junio in pratis & aridiſſimis. Tota planta, exceptis petalis & foliorum ſuperiore parte, piloſa, foliola 19 — 21. ſcapus longiſſimus; petala amœne rubra purpureo-ſtriata. Plantæ, quæ optimum, præſertim pro equis & jumentis fœnum præbet, facile ubique creſcit,

ſcit, ſolum, in quo colitur, pinguefacit, & ter per annum reſcindi poteſt, Abhandl. der kön. ſchwed. Akad. der Wiſſ. 1742. 3. Vrtlj. cujus culturam & uſum v. du Hamel traité de la culture des terres. Paris. 1750. Sect. 19. Erhart. l. c. 9. B. p. 175. ſqq. & öcon. Nachrichten 2. B. 14. St. nr. 4. p. 145. ſqq. & ibid. 23. St. nr 3. folia contuſa tumores diſcutiunt, decocta ſtranguriæ medentur, ſudoremque pellunt, quem etiam effectum edit ſuccus expreſſus oleo permiſtus; eadem, antequam floreat planta, collecta, bene ſiccata, & aſſervata, theæ viridi ſubſtitui poſſunt. ibid. flores apibus bonum ſuppeditant mel; Gled. l. c. 2. p. 221. ſeminibus paſcuntur pulli gallinacei.

Aſtragalus glycyphyllos Linn. wildes Süsholz, wild Fönugrec, Steinwiken, Wolfsſchoten; Julio in monte Spizberg Duvernoy, ego inveni eodem menſe in ſepibus montis Oeſterberg florentem: Galegæ ſubſtitui poteſt; folia dulcia amantur a pecoribus.

Trifolium Melilotus officinalis Linn. *Melilotus officinalis Germaniæ*, Melilot, Mirlirot, Melilotro, Melilot, Meliloot, Steinklee, deutſcher Steinklee, gemeiner gelber Steinklee; floret a Julio in Septembrem in ſaxoſis humidiuſculis pratis. Planta omni pecorum generi grata, in aridis pratis hinc inde colenda, colore corollarum luteo & albo, caule herbaceo & fruteſcente varians, conſtantis odoris ſingularis, ſaporis herbacei, ama-

 ri,

ri, ſubadſtringentis, ſtandemque nauſeoſi; flores odorati pariter apibus maxime amati Gled. l. c. 2. p. 176. Hagſtrœm. l. c. p. 15. ſqq. una cum herba emolliunt, digerunt, reſolvunt, dolores ſedant, rarius interne adhibiti; ex caulibus fruteſcentis plantæ fila confecit Cronſtedt. Act. acad. reg. Scient. Suec. Vol. XXII. 1764. trim. 1. nr. 15.

Trifolium hybridum Linn. unächter Klee, weiſſer hochwachſender Honigklee; floret Junio in pratis Waldhuſanis. Caulis ſtriatus, ramoſus; folia petiolata; capitulum inferius rubellum, ſuperius album; apium culturæ pecorumque pabulo eximie inſervit. Gled. l. c. 2. p. 174. & æque coli meretur, ac pratenſe. Schreber ſpicileg. flor. Lipſ. p. 25.

Trifolium repens Linn. kriechender Klee, Bienenklee, weiſſer Feldklee, weiſſer Wieſenklee, weiſſer Honigklee, kleiner weiſſer Klee; floret Auguſto in paſcuis: Folia modice adſtringentia, balſamica & mucilaginoſa tempeſtate calida relaxantur, inſtante autem ejus mutatione contrahuntur, eximium pecorum pabulum Gled. l. c. 2. p. 175. flores ab apibus amati Hagſtrœm. l. c. his multum mellis Gled. l. m. c. p. 174. ſiccati panem præbent Lapponibus. Scheuchzer l. c. p. 6. Geſner phytogr. ſ. gen. p. p. 1. p. 35.

Trifolium rubens Linn. röthlichter Klee, groſer Berggeisklee; floret Majo & Junio in aridis montium & ſilva Burgholz. Caulis & folia glaberrima: Caulis teres folioſus, ter-

terminatus capitulo ſolitario aut gemino: Folia alterna, oblonga, terna, adnexis ſtipulis binis, oppoſitis connatis vaginantibus, glaberrimis, inflatis, ſtriatis, ſubintegerrimis. Spicæ terminales, oblongæ, craſſæ, rubentes, incurvæ: Calix glaber, dentibus piloſis; corolla monopetala. Ovibus gratiſſimum pabulum.

Trifolium pratenſe Linn. *pratenſe purpureum*, Trefle commun des prés, rouge commun trefle, Triolet ordinaire, Trifoglio volgare, Common Meadow-Cliver, Klaver met rode bloeme, Wieſenklee, groſer Wieſenklee, brauner Wieſenklee, groſer rother Wieſenklee, gemeiner Wieſenklee, Klaver, Himmelsbrod. Floret a Majo ad Auguſtum in pratis. Hujus ſpeciei caulis procumbens, teres, ſubvilloſus, verſus apicem interdum purpuraſcens. Folia terna, petiolata, inæqualiter viridia, ciliata, ſubtus hirſuta, lanceolata; inſtructa ſtipulis linearibus, oppoſitis, crenatis, vaginantibus; Capitulum terminale, ſolitarium aut geminum, nonnunquam pedunculatum, rubrum, ovatum, calicum dentibus piloſis; corolla monopetala. Gratiſſimum & utiliſſimum equis, vaccis, ovibus & agnis pabulum, ventrem tamen inflat, hinc ne nimium ejus aut ſolum porrigatur. Schreb. Samml. verm. Schr. 15. Th. p. 11. in agro tamen non niſi per triennium læta viget planta, tunc ager aratro pervertendus, & hordeo, avena, piſis, fabis,

bis, lino aut cannabi conſerendus. Schrebers neue Samml. verm. Schr. 1. Th. p. 193. ceterum modum ejus plantandi & cautelas obſervandas v. Erhart. l. c. 4. B. p. 137. ſqq. Herba viridi colore tingens, Schreb. Samml. verm. Schr. 16. Th. p. 307. refrigerans, leniens; flores, ex quibus ſiccatis panem conficiunt Lappones, teſtibus Ill. Geſnero phyt. ſacr. gen. p. p. 1. p. 35. & Scheuchzer. l. c. p. 6. & Hiberni Cambrock, teſte Erhart. l. l. c. 4. B. p. 132. a pueris noſtratibus crudi comeſti, mellis materiem multam præbentes apibus. Gled. l. c. 2. p. 174. tormina lenire & mucum inteſtinorum incidere, &, uti etiam ſemina, ſuperadfuſo oleo olivarum, aut aqua tremorem artuum, doloresque lateris mitigare feruntur.

Trifolium alpeſtre Linn. *montanum purpureum majus*, Alpenklee, groſer brauner Bergklee; Junio in monte Spizberg florentem vidit Duvernoy. Apium culturæ maximopere favet. Gled. l. c. 2. p. 175. folia trifolio pratenſi ſubſtitui poſſunt, adultiora tamen juſto duriora. ibid. 1. p. 309.

Trifolium arvenſe Linn. Trefle des champs, Pié de liévre, Akerklee, Haſenklee, Haſenpfötchen, Müzchen; floret Julio in agris. Adſtringens planta in fluxibus alvi commendata, quæ florens coriis parandis idonea eſt Gled. l. c. 1. p. 22. ſaluberrima in morboননlioſo pecorum, cum vehementi & profunda reſpiratione, nutatione capitis, rubore canthi

thi oculorum, nauſea pabuli ordinarii, & appetentia hujus plantæ conjuncto: Semen pani miſtum rubrum ei colorem conciliat.

Trifolium reſupinatum Linn. verkehrter Klee, floret Julio & Auguſto ad paludes viæ, quæ ducit in villam Schwärloch.

Trifolium montanum Linn. *montanum album*, Bergklee, weiſſer Bergklee, weiſſer ſpizblätterichter Bergklee, Spizklee, white Mountain-Clever, blanc trefle des montagnes; floret Majo, Junio & Julio in montibus & pratis montoſis. Junior planta gratum ovibus pabulum præbet. Gled. l. c. 1. p. 290. floribus delectantur apes Hagſtroem. l. c.

Trifolium agrarium Linn. *pratenſe capitulo lupuli*, gelber Klee, gelber Kazenklee, Hopfenklee; floret a Majo in Septembrem usque in agris, pratis & arvis, præſertim montanis. Maxime adfine medicagini lupulinæ, ſed differens capitulis majoribus, vexillo deflexo, carina erecta; foliis ſubtus glaucis. Planta ultra 4 pollices vix longa, tota fere inſipida, ſubdulcis inodora; radix tenuis emittens cauliculos tenues erectiuſculos hirtos interdum rubellos, foliis ternis pedunculatis glabris, ſtipulis hirtis membranaceis, capitulis terminalibus: Nutriens ovibus pabulum præbet. Gled. l. c. p. 291.

Trifolium ſpadiceum Linn. caſtanienbrauner Klee; floret Junio & Julio in ſilvis, præcipue Blabyrenſi Thieſenthal.

Trifolium procumbens Linn. geſtrekter Klee,

kleiner Honigklee, gelber Feldklee, floret Majo, Junio & Julio in agris, pratis, ſilvis, præſertim Blabyrenſi Tiefenthal, & Bebenhuſana Jordan. Planta tenella glaberrima, procumbens, caulibus brevibus folioſis ſubſimplicibus: Capitula lutea, ſolitaria, ut plurimum terminalia. Leniter adſtringens ovibus pabulo inſervit. Gled. l. c. 1. p. 291.

Lotus corniculatus Linn. Lotier, gehörnter Schotenklee, kleiner Schotenklee, gelbe Schoten, gelber fünfblätterichter Klee, kleiner gelber Honigklee, kleiner Hornklee, guldener Klee, floret Majo in agris, ſepibus, pratis, aridis. Caulis a baſi ad medium uſque interdum rubellus; folia nunc glabra, nunc ſubvilloſa; carinæ apex ruber; calices nunc virides, glabri, nunc hirſuti virides rubromaculati. Siccam recentemque pecoribus & gratam & ſalubrem plantam, tinctoribus etiam utilem ſuſpicatur Erhart. l. c. 4. B. p. 145. flores apibus ob mellis copiam gratiſſimi Gled. l. c. p. 186.

Lotus ſiliquoſus Linn. Wieſenſchotenklee; floret Junio in monte Balingenſi Schalksberg, & in monte Heuberg.

Lotus cytiſoides, Linn. geisklееartiger Schotenklee; floret menſe Majo in ſterilibus montoſis. Caules procumbentes; capitula 2—3 flora.

Lotus capitulis hirſutis quadri — aut quinquefloris, caule erecto glabro tetragono: floret Majo & Junio in ſilva pone patibulum Tubingenſe ſita. Caulis ad dimidium pedem al-

altus, ſtriatus, ramoſus, foliis quinis hirſutis, ſeſſilibus, ſubrotundis, ramis axillaribus ſtriatis.

Trigonella corniculata Linn. gehörnte Trigonelle; floret Julio in ſilva juxta viam Uraco Blabyram ducentem Uracherſteig.

Medicago falcata Sichelklee, gelber Sichelklee, wilder Sichelklee, Akerklee, groſer Steinklee, wildes heiliges Heu, ſchwediſch Heu; floret Junio & Julio in viis, præſertim montis anatolici, in monte Spizberg, in muris juxta viam Hirſavienſem, & hortorum ad Nicarum ſitorum: Optimum fœnum præbet hæc planta, quæ, quomodo hunc in finem tractari debeat, v. Abhandl. der kön. ſched. Akad. d. Wiſſ. 1742. 3. Viertelj. 6. St. Flores mel ſuppeditare apibus Gled. l. c. 2. p. 177. Caulis repens, ramoſiſſimus, anceps, ſublignoſus; folia glabra pedunculata, ternata, nunc ſubovata, majora, mucronata, verſus apicem undulata aut crenata, nunc minora, anguſtiora, ſublanceolata, verſus apicem ſerrata.

Medicago lupulina Linn. Hopfenſchnekenklee, floret Majo in pratis & agris. Radix fibroſa, inodora, ſubdulcis; emittens caules multos procumbentes, folioſos; folia terna, ſubrotunda, argute ſerrata, petiolata: petiolis longis ex ala ſtipulæ lanceolatæ dentatæ naſcentibus: Spicæ floridæ ex alis foliorum & ſtipularum ſuperiorum oriundæ, flavæ longis pediculis inſident: Ex Millero,

 bo-

bonum pecoribus pabulum præbere. Erhart. l. c. 8. Th. p. 11.

POLYADELPHIA.

Hypericum quadrangulum Linn. viereckige Johannispflanze; floret Julio in ſilva Burgholz proxime ad prata. Caulis ramoſus, angulis anguſtiſſima membrana auctis.

Hypericum perforatum, Linn. *vulgare*, Mille-pertuis, Piatro, *υπερικον*, St. Johns-wort, Sint Jans kruyd, gemeine Johannispflanze, gemeines Hexenkraut, S. Johanniskraut; floret a Junio ad Septembrem uſque in ſilvis, ſepibus & montoſis. Tota planta, ſaporis herbacei, adſtringentis, amaricantis, odoris ingrati, inter corroborantia, diuretica & vulneraria relata, & hyſtericis maniacisque commendata, florida, ſiccata, coriis parandis inſervit, Gled. l. c. 1. p. 22. Summitates tum floridæ, tum ſeminiferæ, & cum oleis expreſſis, & citius adhuc cum deſtillatis, & citiſſime cum ſpiritu vini, etiam cum aqua pura & ſalina, & cum aceto, & cum acidis mineralibus, cum alcalibus, niſi dilutis, & cum digitis, inter quos teruntur, rubrum colorem communicant; in experimentis tinctoriis novem; in act. acad. reg. Scient. Suec. Vol. XXIII. 1762. trim. 2. nr. 3. Nondum aperti flores una cum proxima parte caulis junioris hujus plantæ, collecti & exſiccati, ſi cum filis laneis, aqua aluminoſa imbutis, tam-

tamdiu iterum in hac coquantur, donec grata flavedo appareat, hæc colore luteo tingunt. V. ibid. 1745. trim. 4. Junior planta pecoribus & grata & ſalubris; adultior inviſa: Ex floribus ceræ melliſque materiem legunt apes. Gled. l. c. 2. p. 187.

Hypericum montanum Linn. *Hypericum elegantiſſimum non ramoſum folio lato*, Bergjohannispflanze, Hartau, Hartheu; floret Julio in monte Spizberg; in via publica Schwärzloch invenit Duvernoy. Folia amariuſcula, leniter adſtringentia, & balſamica deſcribit Gleditſch. l. c. 1. p. 315.

Hypericum hirſutum Linn. *villoſum erectum caule rotundo* T. zotige Johannispflanze; floret Junio & Julio in ſilvis, præſertim Schwärzloch & Burgholz. Bracteæ ſummæ etiam ciliatæ, ſed caulis foliaque hirſuta nunc perforata, nunc non perforata: Hujus etiam flores inter digitos preſſi rubro eos colore imbuunt.

SYNGENESIA.

POLYGAMIA ÆQUALIS.

Tragopogon pratenſe Linn. *pratenſe luteum majus*, Barbe de bouc ordinaire, Cerifi ſauvage, Saſſefrica, Saſſifrica, Seſſifrica, Τραγοπωγων, Τετραπωγων, Κομη, Goats beard, Salſefie, Bokkebaard met gele blœme, Wieſenbokſbart, gelber Bokſbart, wilder Bokſbart, Wolfsbart, Gauchbart, Süſling, Joſephsblume, Haberwurz, Habermaukeln; floret

ret Majo & Junio in pratis. Plantæ ſaponaceæ, lacteſcentis, cum ſcorzonera viribus convenientis, pecoribus & gratiſſimæ & ſaluberrimæ, a Cl. Scheuchzer l. c. farinaceis adſcriptæ radix dulcis, inodora, aperiens, urinas & arenas pellens, porcis etiam accepta, uti turiones, inſtar aſparagorum cocta; caulis ſuberecti dulcis apices reſciſſis floribus crudi cibo hominibus inſerviunt: Folia vaginantia: Flores melleum odorem ſpirantes, inter nonam & duodecimam matutinam clauſi, mellis ceræque materiem præbent apibus. Gled. l. c. 2. p. 264.

Scorzonera humilis Linn. niedrige Scorzonere, wilde Scorzonere, teutſche Sorzonere, teutſcher Schlangenmord, Vipernggras; floret Majo in monte Spitzberg; folia radicalia glabra, pedunculata; Caulis uniflorus, ſubnudus ſtriatus: radix, quæ cruda & cocta hiſpanicæ loco ſubſtitui poteſt, farinaceis adſcripta a Cl Scheuchzer l. c. p. 5 panem etiam præbet; medico uſu hiſpanica præſtantior Linn. it. Weſtgoth. p. 88. eximium vulnerarium, ſive cruda, ſive cum aqua decocta; Gmelin flor. ſibir. T. II. p. 3. folia recentia, tenera, mucilaginoſa, ſubdulci eoque lacteo ſucco turgida gratum ovibus alimentum, Gled. l. c. 1. p. 293. flores mellis ceræque largam materiem apibus; ibid. 2. p. 158. & uſtilagine affecti atramentum præbent, ſinenſi æmulum. Linn. fl. ſuec. n. 685.

Picris hieracioides Linn. *Hieracium majori flore*

flore in limitibus agrorum J. B. Habichtkraut-ähnliches Bitterkraut, Coſtenkraut, Wullhabichtkraut; floret ad agros, præſertim villæ Schaichhof.

Sonchus paluſtris Linn. *Sonchus aſper arboreſcens*, Sumpfgänſediſtel; in area anteriore caſtelli Tubingenſis & via Hirſavienſi dextrorſum vidit Duvernoy. Juniora ejus folia alimenti loco adhiberi poſſunt.

Sonchus arvenſis Linn. Akergänſediſtel, groſer kriechender Ackerhaſenkohl; floret Auguſto in arvis appoſitis viæ Hechingenſi, & pone Schlöslein ſitis. Folia amplexicaulia, argute dentata.

Sonchus oleraceus Linn. *Sonchus laciniatus & non laciniatus*, Laîtron, Palais de lievre, Allaffero, Σογχος, Sowthiſtle, Haſe-Latouw, kohlartige Gänſediſtel, Gänſediſtel, Saudiſtel, Leberdiſtel, Sonchenkraut, Haſenkohl, Gäns und Milch; floret Junio, Julio & Auguſto ſponte in hortis. Cum lactuca viribus convenit, olim etiam tenerior inter olera relata & acetariis addita ſucculenta, ſaponacea, amara planta, nunc vaccarum, carduelium, fringillarum canarienſium, leporum, cuniculorum aliorumque animalium domeſticorum, quorum tamen carni & lacti ingratum conciliare ſaporem Buc'hoz l. c. p. 161. ſqq. pabulum: Radix alimento hyberno ruſticis inſerviens, in annonæ caritate panem præbet. Manetti l. c. p. 221. ſqq. folia refrigerantia in inflammationibus & obſtru-

ſtructionibus viſcerum cammendanda; juniora tenera & ſucculenta ſalubre & gratum ovibus pabulum præbent. Gled. l. c. 3. p. 354. Ex floribus multum boni mellis petunt apes. ibid. l. c. 2. p. 205.

Lactuca ſativa Linn. Laitüe ſauvage, Lattuga ſalvaggia, Θϱιδαξ, wild Lettuce, wilde Latouw, wilder Lattich, wilder Salat; floret Septembri in montoſis ſponte. Vſus culinaris in acetariis exhibitarum & coctarum hujus plantæ varietatum notiſſimus eſt: Medici refrigerantem, relaxantem, alvumque leniter ducentem herbæ vim prædicant: Vulnerata planta ſuccum tenerum lacteum fundit.

Lactuca perennis Linn. *Chondrilla cærulea altera cichorii ſylv. fol.* Caccia lepore, Perennial Lettuce, beſtändiger Salat, perennirender Salat, Bergſalat, Heidelattich mit blauen Blumen; Junio in latere meridionali glabro montis Spizberg florentem invenit Duvernoy.

Chondrilla juncea Linn. *juncea viſcoſa arvenſis*, Χονδϱιλλη πϱωτη Διοσκοϱιδου, Chondrille, Binſcondrille, Sandhabichtkraut; in viæ Hirſavienſis progreſſu dextrorſum invenit Duvernoy. Biennis planta in arena mobili valde propagatur.

Prenanthes purpurea Linn. *Chondrilla ſonchi folio, flore purpuraſcente majore T.* purpurfarbene Prenanthe, wilder Lattich mit rothen blumen und breiten Blättern. Vaillant. act. Paris.

Paris. 1721. Julio prope ædes Schwäzloch, & inter arbores ſilvæ invenit florentem Duvernoy.

Prenanthes muralis Linn. Mauerprenanthe, in regione Zabergovienſi obſervavit Cl. Hiller.

Leontodon Taraxacum Linn. *Dens leonis latiore & anguſtiore folio*, Dent de Lion, Piſſenlit, Piſciacane, Piſſinletto, Χονδριλλη Γαλνου, Dandelion, Prieſtscrown, Swines ſnout, Paerdebloem, Kankerbloem, Mönchskopf, Pfaffenblatt, Löwenzahn, Hundslattich, Hundsblume, Eyerblume, Butterblume, Pfaffenröhrlein; floret Martio, Aprili, Majo & auctumno, in paſcuis. In pratis ingratæ plantæ radix, quæ in annonæ caritate panem præbet, folia & caulis cavus vulnerata ſuccum lacteum, amarum, ſaponaceæ indolis fundunt; ſuccus ex recentibus foliis expreſſus vere copioſe hauſtus detergit, aperit, leniter laxat; externe etiam ad affectus oculorum, vulnera & ulcera aliarum partium commendatur: Folia intenſe amara ſunt, juniora tamen in acetariis & inſtar oleris comeduntur; ovibus amatiſſima & ſaluberrima Gled. l. c. 3. p. 355. Flores verni & auctumnales ceram & mel apibus præbent. Gled. l. c. 2. p. 144.

Leontodon aureum Linn. goldgelber Löwenzahn; floret Septembri in collibus.

Leontodon auctumnale Linn. *Hieracium chondrillæ folio glabro radice ſucciſa minus*, Herbſt-

Herbſtlöwenzahn; floret Julio, Auguſto & Septembri in paſcuis & montoſis. Ab ovibus non comeditur.

Leontodon haſtile Linn. *Hieracium dentis leonis folio monoclonon glabrum;* ſpondonförmiger Löwenzahn; Circa Tubingam obſervavit Duvernoy.

Leontodon hirtum Linn. rauher Löwenzahn; floret Julio, Auguſto & Septembri in montoſis & agris.

Leontodon hiſpidum β Linn. *Hieracium montanum anguſtifolium nonnihil incanum*, mit ſteifen Borſten beſezter Löwenzahn; floret Majo in monte pone Schlößlein, in ſilva Schwärzloch vidit Duvernoy. Folia radicalia multa, acute dentata, hiſpida; caulis longus, hirtus, nudus, uniflorus; calix caliculatus, pilis albis obſitus. Hujus varietatem γ. menſe Junio in montoſis florentem reperi.

Hieracium alpinum Linn. Alpenhabichtkraut; floret Julio frequens in monte anatolico: Folia radicalia ſubſeſſilia, conferta, hirſutiſſima, dentata; caulis ſtriatus, rubellus, ſimplex, nudus, uniflorus, ſuberectus, inferius ſcaber; calix terminalis, piloſus.

Hieracium Piloſella Linn. *Dens leonis, qui piloſella officin.* Piloſelle, Oreille de ſouris, Orecchio da ſorci, Mouſeear, Muys oor, Nagelkraut, gelbe Mausöhrlein; floret Majo in montoſis, præſertim in monte Schloßberg. Plantæ ovibus ob nimiam alvi obſtructionem noxiæ radix fibroſa, amara, emittit

ſcapum

ſcapum unicum, interdum duos, unifloros, hiſpidos, breves, floribus ſulphureis, inferius ſæpe rubellis, calice pilis nigris brevibus hiſpido: Folia pilis longis inſtructa, radicalia, amaricantis, adſtringentis crudi ſaporis: Stolones quatuor aut quinque foliis inſtructi; Infuſa planta olim hæmoptoicis commendata: In radicibus coccum inveniri tradunt & Erhart. l. c. T. VIII. p. 42. & Ill. Linnæus in ſyſtem. nat. Edit. XII. T. II. p. 742. nr. 18. Flores frequentes diuque vigentes ceræ mellisque materiem præbere apibus. Gled. l. c. 2. p. 156.

Hieracium dubium Linn. zweifelhaftes Habichtkraut, Mausöhrlein mit glatten Blättern; floret Majo in ſterilibus montoſis, præcipue in monte Spizberg. Foliis glabris, ſcapis bifloris unice differt a piloſella: folia ſucculenta, mollia, lacteo ſucco turgida, leniter adſtringentia bonum ovibus pabulum præbent. Gled. l. c. 1. p. 294.

Hieracium Auricula Linn. *Hieracium piloſellæ folio erectum majus*, Mausöhrgen, gelbe groſſe Mausöhrgen; floret Majo & Junio in pratis & ſilvis. Folia radicalia multa, glaberrima, lanceolata, baſis margine ciliato, nunc obtuſa, nunc acutiuſcula; ſtolones reptantes, folioſi; caulibus cum foliorum baſi marginali piloſis: Caulis pedalis, nutans, ſubhirſutus, ſtriatus, ſubfuſcus, interdum uni- aut bifolius; floribus 3 vel 4 terminalibus pedunculatis, pedunculis villoſis; calicibus ſulcatis, nigris pilis obſitis. Hie-

Hieracium cymoſum Linn. *montanum anguſtifolium hiſpidum, parvo fl.* groſes aufrecht wachſendes Mausöhrlein mit vielen Blättern; floret a Majo ad Auguſtum in pratis, in monte Spizberg, & in ſilva Burgholz. Pedicelli ſæpius ſunt dichotomi; ex floribus hujus, uti paludoſi & Auriculæ, multam & mellis & ceræ materiem colligunt apes. Gled. l. c. 2. p. 164.

Hieracium præmorſum Linn. abgebiſſenes Habichtkraut; floret Majo in ſilva Burgholz & monte Spizberg. Planta tota cum calicibus hirta; folia radicalia petiolata, petiolis albo tomento obductis cum ſcapi initio rubentibus: Scapus ultra dimidium pedem longus ſubnudus; folium caulinum unicum, ex cujus axilla naſcitur interdum pedunculus florifer: In vaginis genitalibus nullam obſervare licuit irritabilitatem.

Hieracium porrifolium Linn. Habichtkraut mit dem Lauchblatte; floret Septembri in montoſis.

Hieracium murorum piloſiſſimum Linn. *Hieracium murorum folio piloſiſſimo*, harigſtes Mauerhabichtkraut, franzöſiſches Lungenkraut, Bruchkohl, Pulmonaire des Francois; Planta & hæc & ſequens menſe Majo in apricis floret: Flores utriusque & mellis & ceræ materiem ſuppeditant apibus. Gled. l. c. 2. p. 156.

Hieracium murorum ſylvaticum Linn. *Hieracium murorum laciniatum minus piloſum*, Wald-

Waldmauerhabichtkraut, Habichtkraut, gülden Lungenkraut.

Hieracium paludoſum Linn. *Hieracium fruticoſum latifolium foliis dentatis glabris*, Sumpfhabichtkraut; floret Junio in humidis, præſertim ad viam, quæ ducit juxta Nicarum Tubinga Luſtnaviam. Folia cum caulibus glaberrima.

Hieracium pyrenaicum helveticum Linn. ſchweizeriſches Habichtkraut; floret Auguſto & Septembri in pratis montoſis proximis villæ Schaichhof.

Hieracium ſabaudum Linn. *Hieracium fruticoſum latifolium hirſutum*, ſavoyiſches Habichtkraut, klein Berghabichtkraut mit breiten Blättern; floret Junio in pratis, præcipue montanis. Caulis ſcaber, ramoſus, apicem verſus incanus.

Hieracium umbellatum Linn. *anguſtifolium majus*, doldenförmiges Habichtkraut, groſſes ſtaudiges Berghabichtkraut, groſes ſtaudiges Berghabichtkraut mit ſchmalen Blättern; in pratis montoſis: optimus & gratiſſimus pecorum, etiam ovium Gled. l. c. 1. p. 294. cibus in pratis denſe & alte creſcit, muſcorumque proventum & incrementum arcet. Abhandl. der kön. ſchwed. Akad. d. Wiſſ. 1745. 3. Viertelj.

Crepis tectorum Linn. *Hieracium chondrillæ folio glabro*. Dachpippau, klein Habichtkraut; floret Majo & Junio in pratis: Flores plures nunc duo, nunc ſeptem; folia inferiora integra, coſtæ mediæ dorſo muricato.

Q Cre-

Crepis biennis Linn. zweyjähriges Pippau, gemeines Feldhabichtkraut mit rauhen Chondrillenblätern; floret Majo & Junio in pratis, & præſertim in ſepibus viæ, Waldhuſa Behenhuſam ducentis: Caulis eandem cum prioris trunco altitudinem habet; folia plura ſeſſilia; ex floribus ceram & mel petunt apes Gled. l. c. 2. p. 203.

Hyoſeris fœtida Linn. ſtinkendes Kranichkraut; floret Julio in monte propinquo Roſek.

Hyoſeris radiata Linn. geſtraltes Kranichkraut; floret Auguſto in ſilva Bebenhuſana.

Hyoſeris minima Linn. *Hieracium minus folio ſubrotundo*, kleines Kranichkraut, Sandendivien; circa Tubingam ſponte naſcentem hanc plantam obſervavit Duvernoy.

Hypochæris maculata Linn. *Hieracium alpinum latifolium hirſutie incanum flore magno*, geflektes Ferkleinkraut; floret Julio in ſilva, quam peragrant pede Tubinga Entringam profecturi & in ſilva Bebenhuſana: Datur etiam varietas foliis glabris; Herbam braſſicæ loco ſubſtituunt Smolandi.

Hypochæris glabra Linn. *Hieracium minus dentis leonis folio oblongo glabro*, glattes Ferkelkraut, Ferkleinkraut, Schweincichorie; floret Julio in ſilva, quam peragrant pede Tubinga Entringam profecturi.

Hypochæris radicata Linn. *Hieracium minus dentis leonis folio ſubaſpero*, gewurzeltes Ferkelkraut, gros Ferkelkraut mit ſehr langen Wurzeln, groſes Wieſenhabichtkraut mit

ſehr

ſehr langen Wurzeln; floret Septembri in ſilvis montanis, præcipue ea, quam peragrant pede Tubinga Entringam profecturi: Amara planta viribus cúm cichorio intybo convenit Gled. l. c. p. 354. flores ejus, ut maculatæ, multum mellis & ceræ præbent apibus id. l. c. 2. p. 164.

Lampſana communis Linn. *Lampſana Dodon.* Lampſane, Herbe aux mamelles, Erba ſ mamillare, χρυσολαχανον, wilde Kohl, Wild moes, gemeiner Reinköhl, Rheinköhl, gemeiner Milchen, wilder Köhl, wild Sonchenkraut, falſcher Salat; floret Junio in ſepibus & ſilvis. Planta, quæ junior ſucculenta ab omni pecorum genere amatur, Gled. l. c. 3. p. 354. lac fundit, vulnerata, refrigerat, alvum ducit, & emollit, atque externe tantum exhibetur: Folia Byzantio cruda, in annonae caritate oleris inſtar cocta comeduntur. Erhart. l. c. 7. B. p. 243.

Cichorium Intybus Linn. *ſylveſtre*, Chicorée ſauvage, Cicorea ſalvaggia, Σερις πικρις Διοσκοριδου, Wild Succory, wilde Cichorey, Wegwart, Cichorie, Hundsläufte, ad vias Julio floret. Tota planta vulnerata lacteum ſuccum fundit: Flores vix amaricant, & ſaporem glutinoſum referunt; apibus peramati. Hagſtrœm. l. c. ſylveſtris herba cum radice amara; cultæ tenerior non amara; utraque utriusque oleribus & acetariis inſervit: Radix ſiccata panem vicarium præbet, hinc a Cl. Scheuchzer inter fa-

rinacea relata l. c. 5. ex principio ſaponaceo, quo ſcatet, egregie detergens, aperiens, corroborans & attenuans; in aqua cocta cum oleo & aceto menſis apponitur; toſta etiam potum coffeæ æmulum præbere a nonnullis aſſeritur; herba præcipue junior ſucculenta ovibus amatiſſima & ſaluberrima. Gled. l. c. 3. p. 355. foliis porcos ſaginari poſſe tradunt Act. acad. reg. Scient. Suec. V. XXIV. 1763. p. 249. ſqq. Succum totius plantæ largiter hauſtum ſcorbuticis mirifice prodeſſe Auctor of the new Diſpenſatory. p. 125. & ictericis, ex aliis Cl. Crantz l. c. T. I. p. 18.

Arctium Lappa Linn. *Lappa major*, Bardane, Glouteron, Bardana, Αρκειον Διοσκοριδου, Burdock, grote Klitſen, gemeine Klette, groſſe Kletten, Klettwurz, floret Julio & Auguſto ad vias. Opilionibus execratæ, pecoribus & præſertim ovibus deteſtatæ, pratisque ſummopere noxiæ plantæ, radix extus nigricans, intus alba, edulis, ſaporis ſubdulcis, ſubauſteri, ex principio ſaponaceo agens, obſtructiones viſcerum reſerare, urinam movere, febres fugare, Cl. Lieutaud in ſynopſi univerſ. prax. med. Amſtel. P. I. 1765. lochia pellere viſa eſt; pretioſam ſalſaparillæ radicem virtute ſua ſi non ſuperans, tamen æquans: Folia amara iisdem virtutibus, licet debilioribus pollere creduntur, in febribus quartanis, & externe ad vulnera doloresque arthriticos commendantur; caules non-

nondum florentis plantæ deraſo cortice cocti, aut inſtar aſparagorum, aut cum ſale, aut aceto oleoque imbuti gratum palato, eundemque urinas pellentem cibum præbent: Semen amarum, ſubacre, validiſſime lotium pellit, & in iſchiadicis nephriticisque doloribus mitigandis, ſive in emulſione, ſive in pulvere propinetur, efficax eſſe traditur.

Lappa montana capitulis tomentoſis, gröſſern Bergklette; Varietas prioris; ad muros primi torcularis invenit Duvernoy.

Serratula tinctoria Linn. Sarette, Serrette, Doves-Foot, Färberſcharten, Bergſcharten, Wieſenſcharten, Schartenkraut, Färberdiſtel; floret Auguſto in ſilva montis Blaſii: Hujus plantæ radices luteo colore tingunt, aut ſi aquæ, in qua coquuntur, addatur indicus color, viridi; folia juniora plantæ in locis ſiccis habitantis, balſamica gratum ovibus; adultiora omnibus pecoribus nimis durum pabulum præbent, neque amplius ab ovibus tanguntur. Gled. l. c. 1. p. 316. vulneraria ſunt: Planta e pratis expellenda.

Serratula arvenſis Linn. *Cirſium arvenſe ſonchi fol. rad. repente, fl. purpuraſc.* T. Haberdiſtel, Saudiſtel, Akerdiſtel, Margendiſtel; floret Julio in agris, apibus gratiſſima, agricolis tamen infeſta planta non poteſt deleri, niſi Majo & Junio ſingulis quatuordecim diebus, remota paululum ſuperjacente & circumjacente terra radices ſollicite extrahantur. Schrebers Samml. verm. Sch. 7. Th. p. 171.

folia præſertim contuſa, omni pecori, juniora & germina gratum ovibus pabulum præbent. Gled. l. c. p. 316. Ex lanugine, ſemina involvente, additis pilis vel lana tegmina & lintea vilioris pretii confici poſſunt. ibid. 1. p. 249.

Carduus lanceolatus Linn. *lanceolatus vulg. latif.* Speerdiſtel, groſe Speerdiſtel, gemeine Wegdiſtel; frequentiſſimus ad vias & in ruderatis Auguſto menſe floret. Neque hæc, neque proxime ſequens ſpecies ab ovibus comeditur.

Carduus nutans Linn. überhängende Diſtel, Biſamdiſtel; Creberrimus Julio & Auguſto ad vias & in ambulacris floret: Ex floribus grate odoratis mella legunt ceramque apes. Gled. l. c. 2. p. 203.

Carduus acanthoides Linn. Bärenklau⸗ähnliche Diſtel, floret Auguſto in ruderatis.

Carduus criſpus Linn. *Carduus caule criſpo J. B.* Αγριακανθα, krauſe Diſtel, kleine Aker⸗diſtel, kleine Wegdiſtel, floret Auguſto in ſalicetis.

Carduus paluſtris Linn. Sumpfdiſtel; floret Auguſto in pratis ſubhumidis. Folia teneriora vere collecta inſtar oleris cocta comedi poſſunt. Erhart l. c. 11. B. p. 98.

Carduus defloratus Linn. Bergdiſtel; Inveni Julio in monte Rosberg florentem.

Carduus eriophorus Linn. *Carduus capite rotundo tomentoſo*, wollentragende Diſtel; Auguſto in dumetis Schwärzloch dextorſum in

via

via invenit Duvernoy. Herbam & ſuccum ejus vi cancros debellandi pollere ex Borello & Tournefortio aſſerit Gouan in flora Monſpeliaca. Lugd. MDCCLXV. Carduorum omnium caules juniores farinaceos nutrientis aliquid continere, & comedi poſſe Erhart. l. c. 3. B. p. 161.

Carduus tuberoſus Linn. *Cnicus pratenſis acanthi fol. flore flaveſcente T.* knollige Diſtel; Julio ad ripam Ameræ invenit Duvernoy. Plantæ in fœno exoſæ, & ab ovibus & a reliquis pecoribus rejectæ Schreb. Samml. verm. Sch. 3. Th. p. 25. Junio menſe eradicandæ & profunde effodiendæ ibid. p. 19. folia contuſa bonum tamen adhuc pabulum præbent.

Carduus ſerratuloides Linn. Schartenartige Diſtel; floret Julio in monte Spizberg.

Onopordum Acanthium Linn. *Carduus tuberoſus acanthi fol. vulg. T.* Zellblume mit dem Bärenklaublatte, Eſelsfurz, Krebsdiſtel, Krampfdiſtel, gemeine Zellblume, groſe Wegdiſtel, weiſſe Wegdiſtel; Artichaud ſauvage, E'pine blanche ſauvage, Epine blanche des champs, Preſure, Chardon commun, grand Chardon aux ânes, Ακανθιον; floret Julio & Auguſto in ruderatis circa Tubingam. Ovibus intactæ plantæ radix aperire, diſcutere, lotium pellere, ſuccus foliorum expreſſus cancris præſertim faciei mederi; ſemen convulſiones ſedare dicitur: Flores gratiſſimi odoris & lac coagulant, & ceræ melliſque ma-

materiem præbent apibus. Gleditſch l. c. 2. p. 204. Receptacula floris inſtar receptaculorum ſcolymi cinarae comedi poſſunt. Pro cirſio Dioſcoridis habet Wedel in propempt. inaug. de Cirſio Dioſcoridis. Jenæ. MDCC.

Carlina acaulos Linn Stammloſe Eberwurz, Eberwurz, Eber-wortel, Carline-thiſtle, Χαμαιλεων λευκος, Cameleone bianco, Cameleon blanc, Carline, Artichaud ſauvage; floret eodem anni tempore ibidem cum ſequente, præſertim autem in collibus ante villam Schwärzloch; Radix ferruginei coloris foraminulenta, odorata, ſubacris, amara, leviter aromatica, hinc inter diaphoretica & alexipharmaca, antihyſterica & vermifuga, magico & columbario uſu vulgo quoque celebris. V. Weinmann l. c p. 15. Fr. Hofmannus vomitum ab uſu decoctæ radicis excitatum vidit; capita ejus & extremitates caulis ſucculentæ, gratæ, nutrientes, calice, floribus & ſemine reſectis inſtar capitum Cinaræ Scolymi comedi poſſunt.

Carlina vulgaris Linn. *ſylveſtr. vulg. Clus*: Chardonerette commune, Carlinethiſtle; gemeine Eberwurz, Sodkraut: Varia ſuperſtitione famoſa planta Auguſto & Septembri, uti prior, in ſterilibus montoſis & ſilvis floret.

Bidens tripartina Linn. *Bidens foliis tripartito diviſis* T. Eupatoire femelle bâtarde, Chanvre aquatique, Ευπατωριον υδατυκον, dreymahl getheilter Zweyzahn, Waſſerhanf.

Fär-

Färberkraut, gelb Färberkraut, Waſſerſternkraut, Staubars, Pfauenſpiegel, Waſſerdoſte, Stuparſch, Waſſerdürrwürz; floret Auguſto & Septembri ad aquas præſertim frequens ad lacum juxta Nägelſee, prope Vaihingam; etiam in ſterilibus prope Waldhuſam. Hæc planta pecoribus non amata recens conciſa & per ſtrata cum filis imbutis cocta, mota & verſa per aliquod horas, luteo æquali colore ea imbuit. Abhandl. der königl. ſchwed. Akad. d. Wiſſenſch. 1742. 1. Viertelj. ceterum aperiens, vulneraria, diuretica virtus ipſi tribuitur.

Eupatorium cannabinum Linn. Eupatoire d'Avicenne, Ευπατωριον Διοσκοριδου, Hemp-agrimony, Water-agrimony, Water-hemp, Bœlkens-kruyd, Koninginne-kruyd, Waſſerdoſte, Waſſerhanf, Alpkraut, Kunigundenkraut, Hirſchklee, Hirſchgunſel, floret Auguſto ad rivum Bebenhuſanum & in monte Heuberg Rigida, odore acris, ſapore amara, pungens herba, ab ovibus intacta, pecoribus etiam reliquis inviſa, hinc e pratis evellenda Schreb. Samml. verm. Schr. 3. Th. p. 30. viſcera roborare, obſtructa reſerare, dicitur; externe adhibita reſolvit: Radicibus vim purgantem ineſſe expertus eſt C. Geſner. Flores ab apibus ſilveſtribus frequentari. Gled. l. c. 2. p. 197.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

Tanacetum vulgare Linn. *vulgare luteum*

Tanéſie, Tanaiſe ordinaire, Tanaiſie, Herbe aux vers, Tanaceto, Αθανασια, Tanſy, Bœre Wormkruyd, Rhynvaren, Rheinfarfarren, gemeiner Rheinfarren; floret Julio in paſcuis & montoſis. Odoratiſſima, amara, calida, acris, humulo lupulo in parandis cereviſiis aliquando ſubſtituta, tinctoribus pro conficiundo colore viridi uſitata planta in affectibus uterinis, ſcopo emmenagogo; flores vertiginoſis & epilepticis; folia contuſa externe in contuſionibus, excoriationibus & contorſionibus; ſuccus in morbis cutaneis; ſpiritus ex foliis abſtractus hydropicis commendantur; Folia & ſemen etiam fugandis pulicibus & cimicibus inſerviunt.

Artemiſia Abſinthium Linn. Abſinte, Aſſenzio, Αψινθιον, Common Wormwood, gemeene Alſem, Wermuth, gemeiner Wermuth: Inveni hanc plantam Julio menſe circa cœnobium Blabyrenſe, & Auguſto juxta viam Tubinga Jeſingam ducentem floridam: Radix lignoſa, fibroſa, grato, aromatico, neque amaro ſapore gaudet: Herba amariſſima graveolens principiis reſinoſis neque adeo volatilibus ſcatens, ſtomachica, calefaciens, balſamica, diſcutiens, febres, vermes & ſudores pellens, putredini reſiſtens, forma pulveris, infuſi, decocti, extracti, eſſentiæ, ſpiritus, conſervæ, olei cocti, vini, cereviſiæ, uſu externo & interno celebris: Infuſum ejus inſecta ex hortis, lectis, libris pellere, & ovibus Hungaricis dyſ-

dyſenteria affectis egregie conducere. Erhart. l. c. T. IX. p. 72. Deſtillando aquam præbet, & oleum viride, potentiſſimum externo uſu vermifugum; etiam forma elæoſacchari intrinſecus adhibitum: Sal fixus, ut ille ſequentis plantæ, præter generales ſalium lixivioſorum vix aliquid de plantæ virtute habet, licet ex admiſto heterogeneo ſale plantæ proprio non mutato, armato oculo nonnunquam diſcrimen appareat, de qua re vide Comment Acad. Petropol. T. V.

Artemiſia vulgaris Linn. *vulgaris major*, Armoiſe, Artemiſia, Αρτεμισια, Mugwort, Byvœt, gemeiner Beyfus, Buck; floret a Julio in Septembrem uſque ad vias. Plantæ, quam oves intactam relinquunt, herba junior vix amara oleris inſtar inſervire poteſt: Adultior maxime amara odoris haud ingrati, balſamici, principiis & viribus priori accedens, emmenagogis adhuc magis celebris; Sal lixivioſus ex cineribus plantæ paratus vix aliquid de viribus plantæ habet, utpote quas ignis aut abſtulit aut mutavit, licet microſcopium in his ſalibus lixivioſis hinc inde particulas plantæ immutatas proprias detegat: Tomentum, quo planta obducitur, Sinenſium moxæ, ſi quæ vis podagræ adverſa ineſt, ſubſtitui poteſt. Erhart. l. c. Singularis obſervatio habet plerumque ad radices ejus carbones inveniri, quos radicem emortuam & annoſam eſſe perhibent.

Gnaphalium dioicum Linn. *Elichryſum mont.*

mont. fl. rotundiore ſuaverubente T. & *candido T.* & *fl. longiore ſuaverubente roſeo* & *candido*, Pié de chat, Piede di gatto, Γναφαλιον, Cottonweed, Cattevoet, getrennte Ruhrpflanze, weiſſe und rothe Mausöhrlein, Kazenpfötgen, Bergruhrkraut, Engelblümlein; frequens Majo floret in ericetis montanis. Variat ſquamarum calycinarum apicibus nunc albis, nunc rubris; feminæ cylindricis, mares hemiſphæricis gaudent calicibus. Caules nunc vix pollicem, nunc quatuor longi ſunt. Herba modice refrigerat, adſtringit, obſtruit & exſiccat. Gled. l. c. 1. p. 292. Flores conditum officinis præbent, & a vulgo in coronas vincti magico uſui deſtinantur. Armatus etiam oculus irritabile nihil in genitalibus hujus plantæ obſervavit.

Gnaphalium ſylvaticum Linn. Waldruhrpflanze, gros Ruhrkraut mit ſchmalen Blättern; floret menſe Auguſto & Septembri in ſilvis præſertim montanis.

Gnaphalium uliginoſum Linn. moraſtige Ruhrpflanze; in regione Zabergovienſi obſervavit Cl. Hiller.

Conyza ſquarroſa Linn. *Conyza major vulgaris*, Coniſe jaune, Mazzapulci, Κονυζα μειζων, Dondenkruyd, Vlookruyd, Dürrwurz, Flöhkraut, gelbe Münze, Ruhrkraut; floret Julio & Auguſto in monte anatolico, vulgo Oeſterberg, & juxta viam ad Nicarum Tubinga Luſtnaviam ducentem; in humidis portæ Hirſavienſis invenit Duvernoy; ſuffitus

tus ejus beſtias fugare, pulices & culices occidere dicitur.

Erigeron acre Linn. *Aſter arvenſis cæruleus acris T.* ſcharfes Altmannskraut, blaue Dürrwurz, Berufkraut, Beſchreykraut, Κονυζα κυανεα, Pulicaria blumerana, Coniſe; floret a Julio in Septembrem usque in aridis, præſertim ad viam, quæ ducit juxta Nicarum Tubinga Luſtnaviam; herbam ejus inodoram ſiccare, digerere, diſcutere & antimagicam eſſe, adſerunt Auctores Pharmacopœæ Wirtembergicæ. Stuttgard. MDCCLIV. p. 48.

Erigeron canadenſe Linn. canadenſiſches Altmannskraut, canadenſiſches Flöhkraut; quod Julio ad modo memoratam viam frequens floret. In Europam translatarum & domeſticarum nunc plantarum jam ab Ill. Linnæo notatum ſpecimen.

Tuſſilago Farfara Linn. Tuſſilage, Pas d'âne, Pas de cheval, Farfara, Toſſilaggine, Βηχιον Διοσκοριδου, Coltsfoot, Hoefbladen, Paards-klauw, gemeiner Huflattig, Brandlattig, Roßhuf; floret Januario, Februario & Martio ad litus Nicari, & rivorum rivulorumque. Radix longa, lumbriciformis, ſubacris, ſublignoſa, ſuperius fibroſa, extus rubens, cui lana adhæret, fomiti igniario apta: Folia vaginantia; vaginarum baſi rubra hirſuta; petiolata; petiolis ſemicylindricis, mox tomentoſis, mox glabris, venoſa, mollia, ſupra glabra, inferius lanata, alba, Majo demum adparentia; juniora

cum

cum petiolis tota tomento albo obducta.] Plantæ, quæ terram argilloſam laxiorem reddit, & fontem vicinum indicat Erhart. l. c. 1. Th. p. 195. radix & folia amariuſcula, glutinoſa, vulneraria, adſtringentia, juniora modice balſamca, ſubacria, oleris inſtar & pauperibus, & hecticis inſervientia, & flores leniunt, acri involvendo, ulceribus pectoris mundandis, expectorationi promovendæ, ſuccus foliorum calculo confringendo inſerviunt; fumus eorundem accenſorum, & vapor decoctorum aſthmaticis; externus uſus ad leniendas diſcutiendasque inflammationes commendatur; floribus multum delectantur apes. Hagſtrœm l. c.

Tuſſilago Petaſites Linn. Petaſite, Herbe à la teigne, Herbe aux teigneux, Grand pas d'âne, Bardana grande, Πεταϲιτης, Butterbur, Peſtilentie-wortel, Dokke-bladen, Peſtilenzwurz, Schweiswurz, Neunkraftwurzel, groſer Huflattig; Plantæ, pratis ob copiam foliorum noxiæ, hinc arcendæ, apibus tamen amatæ & quæſitæ, radix graveolens, acris, aperiens, diſcutiens, ſudorifica, diuretica, vulneraria, antihyſterica, pectoralis, etiam equis, emmenagoga, cum aqua, vino aut aceto infuſa, vel decocta; in pulvere vermifuga prædicatur; externo uſu tumores reſolvere & ulcera mundare traditur; folia integra ingratum, conſciſſa aliisque miſta gratum pecoribus pabulum præbent.

Sene-

Senecio vulgaris Linn. *vulgaris minor*, Seneçon, Seneſſon, Seneccio, Ηριγερων Διοσκοριδου, Groundſel, Kruyskruyd, Kruyswortel, gemeine Creuzpflanze, Creuzwurz, Creuzkraut, Goldkraut, Grindkraut, Vogelkraut; floret a Februario ad Majum in cultis. Avium pabulum leniter laxans, ab ovibus non comeſtum, in ſucco aut infuſo largiore copia ſumtum hominibus vomitum ciere, horum & equorum vermes necare dicitur, demulcens, reſolvens, emolliens, tumoribus, hæmorrhoidibus, mammis coagulato lacte turgidis, etiam externo uſu proficua: Succus melli & uvis corinthiacis miſtus leniter alvum ducere perhibetur.

Senecio viſcoſus Linn. *Jacobea pannonica Cluſii*, klebrichte Creuzpflanze, Julio in ſcrobibus montis Spizberg anterioribus florentem invenit Duvernoy.

Senecio ſylvaticus Linn. Waldcreuzpflanze; floret Julio & Auguſto in ſilvis præſertim pone patibulum Tubingenſe.

Senecio ecrucifolius Linn. Creuzpflanze mit dem Raukenblatte; floret Julio in monte anatolico.

Senecio incanus Linn. beſtäubte Creuzpflanze; floret ibidem eodem tempore.

Senecio Jacobæa Linn. *Jacobæa vulg. laciniata*, Jacobée, Herbe de St. Jacques, Fleur de St. Jacques, Erba di Sto. Giacomo, Ragwort, Seggrun, Sint Jacobskruyd, Jacobs-

blume, Jacobskraut; floret a Julio ad Septembrem uſque in paſcuis, pratis, ad vias & aquas. Caulis ſtriatus, teretiuſculus, ramoſus, folioſus, hirſutulus, ſæpe rubellus, bipedalis; ramis foliisque alternis; his pinnatifidis, lyratis, amplexicaulibus, interdum hiſpidulis; rami piloſi, terminati floribus corymboſis, radiatis, luteis; corollulis radii tridentatis. Folia amari, ingrati, aromatici, adſtringentis ſaporis olim vulnerariis & præſertim antidyſentericis fuerunt adſcripta: Planta, ovibus & gazellis infeſta, Schreb. neue Cammeralſch. 5. Th. p. 269. Kamtſchadalis cibo inſerviens Kraſcheninnikow l. c. recens, antequam floreat, minutim conciſa, & per horam in aqua cocta cum filis, hæc viridi, ſed ad ſolis radios inconſtanti colore tingit, quem ſi obſcuriorem eſſe velis, poſtea per lixivium trahenda ſunt fila. S. Abhand. der kön. ſchwed. Akad. d. Wiſſ. 1745. 4. Viertelj.

Senecio paludoſus Linn. *Jacobæa pal. altiſſima, foliis ſerratis*, Sumpfcreuzpflanze; Auguſto florentem in monte Spizberg vidit Duvernoy.

Senecio ſaracenicus Linn. Saraceniſche Creuzpflanze; floret Julio & Auguſto in montoſis, præſertim in cacumine montis Spizberg. Folia olim in vulnerariorum tribum relata frequenter cum herba ſolidaginis virgaureæ fuerunt confuſa.

Senecio Doronicum Linn. gemſenwurzartige

tige Creuzpflanze; floret Julio in monte anatolico.

Aſter amellus Linn. *Aſter atticus cæruleus vulgaris*, Amellus, Αςηϱ αττικος κυανεος, wild Starwort, Sterrekruyd, Virgils Sternblume, wilde Sternwurz, wildes Sternkraut, italiäniſches Sternkraut, blaues Sternkraut, Amellus Virgilii. Auguſto & Septembri floret in montoſis: Floſculi radii dilute cærulei, diſci lutei, odoris pauxillum habent recentes; ſapor plantæ herbaceus.

Solidago Virgaurea Linn. *Virga aurea anguſtif. ſerrata*, Verge d'or, Verge doreé, Golden-rod, Gulden-roede, gemeine Goldruthe, Heidenwundkraut, heidniſch oder gulden Wundkraut. Moderate adſtringens planta etiam in diarrhœis, dyſenteriis, obſtructionibus viſcerum & hydrope incipiente commendatur.

Inula odora Linn. wohlriechender Alant; floret menſe Majo in monte Spizberg.

Inula Oculus Chriſti Linn. Chriſtauge; floret menſe Auguſto ad viam Hirſavienſem.

Inula ſalicina Linn. *Aſter montanus luteus folio ſalicis*, Alant mit Weidenblättern, gelbes Bergſternkraut, glattes Sternkraut, unächter weidenblätterichter glatter Wolverley; Julio in monte Spizberg florentem invenit Duvernoy. Caulis interdum, ſed rarius, uniflorus; Ex diſco ejus florum, ut ex dyſentericæ, ceram colligere apes Gled. l. c. 2. p. 195. equi, vaccæ, oves & capræ hac plan-

ta veſcuntur, aridi tamen caules fœno inepti Schreb. S. v. Schr. 3. Th. p. 14.

Inula dyſenterica Linn. Ruhralant, Ruhrkraut, welſcher Wolverley, Waſſerfallkraut, gelbe Dürrwürz; Κονυζα τριτη Διοσκοριδου, floret Julio & Auguſto frequens prope fontem, dictum philoſophicum, & ad rivulum montanum pone officinam tegularum: Ab ovibus non comeditur olim ad dyſenteriam debellandam deprædicata planta.

Inula enſifolia Linn. Alant mit ſchwerdförmigen Blättern; floret Julio in ſilvis Bebenhuſana & Schwärzloch.

Arnica montana Linn. Plantain des montagnes, Betoine des montagnes, german Leopards-bane, Hongariſche Scorpiœnwortel, Bergwolverley, Wolverley, Fallkraut, Luciankraut, Mutterkraut, Engelskraut, Arnik; Auguſto in ſilvis florentem obſervavit Erhart. l. c. non procul ab urbe Calw auctores pharmacopoeæ, Wirtembergicæ, in ſilvis Balingenſibus Cl. Ofterdinger. Plantæ penetranti præditæ odore, ſapore acri, ſternutationem excitantis, & radices & folia, & flores in ſanguine coagulato reſolvendo, ſudore & urina pellendis, muco attenuando, efficaciſſima, loco in vulneribus capitis detegendo apta, imprudenti tamen uſu ſudores nimios, anxietates, nauſeam & vomitum cruentum excitant, in contuſionibus, quas bovillum genus ſibi mutuo

tuo inſert, prædicatur Schreb. Samml. verm. Schr. 1. Th. p. 226.

Doronicum plantagineum Linn. Gemſenwurz mit dem Wegerichblatte; floret Julio in monte Heuberg, unde miſit Cl. Oſterdinger. Caulis nunc uniflorus ſimplex, nunc ramoſus; nunc viridis, nunc rubellus, teres, ſæpius inflexus, hirſutus; folia caulina ſeſſilia, alterna, ſubhirſuta, nunc leviter denticulata, nunc integerrima; inferiora lineari-lanceolata, ſumma linearia.

Doronicum Bellidiaſtrum Linn. Maslienartige Gemſenwurz; floret Julio in ſilva inter Bettingen & Wehingen.

Bellis perennis Linn. *ſylveſtris minor*, Paquerette, petite Marguerite, Beli, Common Daiſy, Maegdelieven, Margrieten, Maslieben, Gänsblümlein, Gänſeblumen, Angerblumen, floret fere per totum annum. Tota planta, leniter adſtringens, inter optima vulneraria remedia jure meritoque refertur; pecoribus, præſertim ovibus, & gratum & ſalubre pabulum; in annonæ caritate inſtar oleris coctum aut aceto conditum etiam ab hominibus comeditur.

Chryſanthemum corymbiferum Linn. Wucherblume mit flachen Sträuſen, Wundrheinfarren; floret Julio in monte Rosberg: Caulis bi-aut tripedalis, piloſus, teres, folioſus, ramoſus, exſurgens ex radice brevi fibroſa; folia pinnata, ſubtus hirta, radicalia petiolata, & caulina inferiora ſeſſilia pin-

nis diſtautibus alternis pinnatifidis, pinnulis inæqualiter ſerratis acutis, caulina ſuperiora ſeſſilia, pinnis inciſo-ſerratis; rami axillares. In agris, qui non ſtercorantur, & ſecale hyemale ferunt, non reperiri V. Act. acad. reg. Scient. Suec. Vol. XXVII. 1766. trim. 3. nr. 9.

Chryſanthemum Leucanthemum Linn. *Leucanthemum vulgare T.* Oeil de boeuf, grande Paquette, grande Marguerite, Beli grande, Λευκανθεμον, Greater Daiſy, Oxeyesdaiſy, groote witte Maegdelieven, groſe Maslieben, groſe Gänſeblumen, Johannisblume, Kalbsauge, Rindsauge; floret Majo & Junio in pratis. Tota planta inodora viribus proxime accedit ad bellidem perennem, debilior; Caulis nonnunquam hiſpidiſſimus uniflorus, ſtolonifer; flos cernuus; folia ſaporis herbacei, ſubſalſi; ſummitates nondum floridæ plantæ decoctæ potum præbent acrimoniæ piperinæ vulnerarium, urinas pellentem: Equis & vaccis gratiſſimum pabulum ſuppeditat, præcipue junior pinguis, balſamica & ſubacris ſtirps, in pratis denſa creſcit & alta, muſcorumque nimium proventum arcet: Ex diſco floris materiem ceræ petunt apes. Gled. l. c. 2. p. 178.

Chryſanthemum montanum Linn. Bergwucherblume; floret Junio in collibus montis anatolici & Spizberg: Radix fibroſa fere horizontalis; caulis glaber, rubellus, erectus, quatuor circiter uncias longus, uniflorus; folia

folia ſeſſilia, infima ſpatulata ſerrata, media lineari-lanceolata dentata hirta; ſumma linearia dentata.

Chryſanthemum alpinum Linn. Alpenwucherblume; floret Julio in agris montanis, dictis auf der Viehweyde.

Chryſanthemum ſegetum Linn. Getreydewucherblume; floret Majo ad montem Spizberg: in regione Zabergovienſi pariter obſervavit Cl. Hiller.

Chryſanthemum foliis pinnatifidis dentatis ſubamplexicaulibus, caule unifloro folioſo anguloſo; floret Junio in monte anatolico ſummo.

Matricaria Parthenium Linn. Matricaire, Eſpargerette, Matricale, Παρϑένιον, Common wild Featherfew, Common wild Feverfew, Moeder-kruyd, Muterkraut, gemein Muterkraut. inveni hanc ſpeciem Julio ad montem Blabyrenſem propinquum der Bleiche florentem: cum chamomilla & odore & ſapore convenit, niſi utroque aliquanto debiliore, carminativa, vermifuga, antihyſterica planta, apibus exoſa, cujus folia etiam ſiccata difficulter anhelantibus aut cibum faſtidientibus & male digerentibus pecoribus exhibent ruricolæ, teſte Erhart. l. c. T. VII. p. 334. Aqua deſtillata, oleum æthereum, & extractum inde in officinis proſtant.

Matricaria Chamomilla Linn. *Chamæmelum vulgare*, Chamillen; radio patente ab anthemide nobili diverſa, quacum ceterum convenit,

venit, licet paulo debilior. Julio in agris inveni.

Matricaria ſuaveolens Linn. angenehm riechendes Muterkraut; floret Junio in ruderatis & arvis dictis auf der Viehweyde. Gratisſime odorata planta ſolo receptaculo nudo differt ab anthemide nobili, cujus receptaculum eſt paleaceum: Variat ſæpius caulibus unifloris.

Anthemis nobilis Linn. Chamomille, Camomille, Camomilla, Λευκανθεμον, Χαμαιμελον, Ανθεμις, Ανθεμον, Chamomile, Camill bloeme, ächte Chamillen, gemeine Chamillen, edle Chamillen, Feldchamillen, Hermel, Hermelin; Junio ad vias florentem inveni: Flores cum foliis odore forti grato, ſapore amaro, nauſeoſo præditi, interno uſu & in eductis, tam volatilibus, quam fixis, & integri carminativi, aperientes, anodini, nervini antiſeptici, &, auctore Mortono, febrifugi; externo uſu emollientes, narcotici parumper, & diſcutientes: oleum æthereum azureo ſplendore fulget.

Anthemis arvenſis Linn. Ackerchamille, geruchloſe Chamille, falſche Chamille, wilde Chamille, wilde Hundschamille, Ochsauge, Rindsauge, Mayunkraut; floret Junio plurima in arvis & ad vias: Plantæ plane inodoræ teneriora folia modice amara & balſamica ab ovibus expetuntur. Viribus ad nobilem accedere Bœcler l. c. p. 26. 27.

Anthemis alpina Linn. Alpenchamille; floret

ret a Julio ad Septembrem in agris & pratis inter Waldhuſam & Bebenhuſam mediis.

Anthemis Cotula Linn. Maroutte, Camomilla fetida, Παρθενιον λεπτοφυλλον Ιπποκρατȣ, ſtinking Camomile, Paddebloem, ſtinkende Camomille, ſtinkende Chamille, Stinkchamille, Hundschamille, Krötendill; floret Junio & Julio ad portam Hirſavienſem & in agris Waldhuſam inter & Bebenhuſam interjectis; plantæ acris, maximopere fœtidæ, & ſumma cum circumſpectione adhibendæ decoctum Tragus hyſtericis, alii ad menſtrua & ſecundinas pellendas, externo uſu cum cereviſia coctam, ad ſanguinem coagulatum reſolvendum commendant.

Anthemis tinctoria Linn. *Buphthalmum tanaceti minoris folio*, Oeil de bœuf, fauſſe Camomille, Rindsauge, Färberchamille, Gillblumen, Streichblumen; Julio in collibus Schwärzloch & monte Spizberg Duvernoy, ego in ſilva montis Blaſii, in ſilva Blabyrenſi Tiefenthal, & in monte Balingenſi Lochenſtein. Herba emollire, diſcutere, vulneribus conducere; flores vermes fugare, matricariæ chamomillæ & artemiſiæ ponticæ floribus ſubſtitui poſſe traduntur; tinctoribus etiam uſitati, qui fila, præſertim cum alumine & radicibus urticæ prius cocta, iis citrino colore tingunt.

Achillea Ptarmica Linn. Herbe à éternuer, Sneezewort, baſtard Pellitory, wild Bertram, wilde Dragoon, gemeines Nieskraut,

Wieſenbertram, wilder Bertram, deutſcher Bertram, Dorant, Berufkraut, weiſſer Rheinfarren, ſpiziger Rheinfarren; floret Julio in paludibus propinquis ambulacro Wörth, & Auguſto in agris Waldhuſanis: Plantæ pecoribus gratæ radices odoris acris, ſaporis calidi amari manducatæ ſalivam copioſam eliciunt; folia, trita inter digitos, aut forma pulveris naribus ingeſta ſternutationem excitant, juniora acetariis adduntur.

Achillea Millefolium Linn. *Millefolium vulgare album & purpureum*, Millefeuille, Herbe aux charpentiers, Herbe á la coupure, Millefoglio, Αχιλλειος, Σιδηριτις, Milfoil, Yarrow, Gerwe, Duyzend-Blád, Schafgarben, gemeine Schafgarben, Schafribbe, Garbenkraut, Tauſendblatt; floret a Julio ad Septembrem in pratis, montibus & ad vias: Varietatem corollis purpureis inveni Julio in pratis Waldhuſanis, & ad agros juxta viam Jeſingenſem ſitos florentem. Plantæ, quæ gratiſſimum equis & vaccis pabulum, contradicente tamen Erhart. l. c. 8. B. p. 157. niſi aut contuſa ſit, aut aliis miſta, tunc autem ſaluberrima, præbet, denſe & alte in pratis creſcit, muſcorumque proventum impedit. Abhandl. der kön. ſchw. Acad. d. Wiſſ. 1745. 3. Viertelj. quæ ſi cum humulo addatur cereviſiæ inebriantem ei vim conciliat. Linn. amœn. acad. Vol. VI. III. ex qua camphoram parandam, docuit Schulze, Hamb. Magaz. 18. B. 5. St. p. 98. & quæ radici-

dicibus ſuis terram connectit. Gled. l. c. 3. p. 141. radix acris, calefaciens, grati tamen, ſed inconſtantis ſaporis, auctore Grewio, contrayervæ ſubſtitui poteſt; folia herbacei, amariuſculi ſaporis, odoris aromatici leniter adſtringunt, atque etiam hyſtericis morbis, ſive in ſucco, ſive in decocto, ſive in extracto adhibeantur, commendanda, etiam externo uſu recentia dentibus dolentibus adplicata; flores magis odorati aromatici & aquam deſtillatione præbent & oleum, cæruleum quidem, ſi in ſolo pingui nata fuerit planta, decolor, ſi in arenoſo & macilento: V. etiam de hac planta Henninger diſſert. de millefolio Argentor. 1718.

Achillea nobilis Linn. edles Achillenkraut, edles Garbenkraut, ſüſes Garbenkraut; habitat ad montem arcis Vaihingenſis.

POLYGAMIA FRVSTRANEA.

Coreopſis Bidens Linn. zweyzähniges Wanzengeſicht; floret Auguſto & Septembri ad rivulos, lacus, & in humidis.

Centaurea phrygia Linn. phrygiſche Flokenblume; floret Julio in pratis. Ex floſculis diſci ceram colligunt apes. Gled. l. c. 2. p. 189.

Centaurea Cyanus Linn. Caſſe-lunette, Bleuet, Aubifoin, Blaveole, Barbeau, Pervole, Ciano, Κυανος, Blue-bottle, Kornbloem, Kornblume, blaue Kornblume; floret Junio & Julio inter ſegetes. Ingrata agricolis planta bonum, ſi, antequam ſemina ma-

tureſcant, abſcindatur, pecoribus pabulum præbet: Flores inodori, ſaporis herbacei, multi olim ſub forma varia in re medica uſus, amœniſſimi ſed inconſtantis coloris, floſculis radii rejectis, ſat magna copia collecti, & expreſſi, addito parca manu alumine conſtans idque pellucidum pigmentum cæruleum præbent, ultramarino, quod vocant, proxime accedens. v. Allgem. Magaz. 4. Th. 12. Abhandl. Ex floſculis diſci balſamicis mel colligunt apes. Gled. l. c. 2. p. 205.

Centaurea Scabioſa Linn. *Jacea vulgaris laciniata flor. purpureo T.* Eiſenwurzel, Bergflokenblume, Feldflokenblume, groſe Scabioſen, braune Flokenblume; floret Junio & Julio in pratis.

Centaurea Jacea Linn. *Jacea nigra vulg. capitata & ſquamata* J. B. ſwarte Jacea, gemeine Flokenblume, Flokenkraut; floret Majo, Junio & Julio in pratis. Plantæ pecoribus infeſtæ atque ex pratis eradicandæ, folia adſtringunt, ceterum haud ingrata, vulneraria, luteo lanam colore tingere, Schreb. Samml. verm. Schr. 16. Th. p. 309. flores aliquid ceræ & mellis apibus præbent. Gled. l. c. 2. p. 196.

Centaurea uniflora Linn. einblumige Flokenblume; floret Julio in aridis. Folia non tomentoſa, ſed villoſiſſima, nunc ſubdentata, nunc integerrima; flos ſolitarius terminalis.

POLY-

POLYGAMIA NECESSARIA.

Calendula officinalis Linn. *Caltha vulgaris fl. rufo*, Soucy, Calendola, Fior rancio, Garden-Marygold, Goudsbloem, gemeine groſe Ringelblume; Julio ad portam Hirſavienſem ſiniſtrorſum florentem invenit Duvernoy. Flores, quorum radius croci condientis loco ſubſtitui poteſt, quibusque luteum colorem inducunt butyro ruſticæ, vix ſapidi, odorati tamen, olim multum in uſu erant: Folia amara ſunt, viſcida, calida, ſtimulantia; ſuccus etiam plantæ nonnullis uſitatus: Flores apibus aliquid ceræ & propolidis ſuppeditant. Gled. l. c. 2. p. 249.

Filago arvenſis Linn. Akerfadenkraut; floret Auguſto & Septembri in arvis montanis, præſertim auf der Viehweyde.

Filago Leontopodium Linn. *Λεοντοποδιον Διοσκοριδου*, Kazenpfötlein, Bergruhrkraut; Auguſto floret in pratis Waldhuſanis: in alpibus Suevicis invenit Erhart l. c. 1. B. & 5. B. p. 69. in tuſſi & catarrho, inprimis ſuffocante, planta hæc exſiccans commendatur l. m. c. p. 73.

MONOGAMIA.

Jaſione montana Linn. Bergjaſione, Schafrapunzeln, Schafſcabioſen; floret Julio in monte propinquo Roſek juxta viam, quæ ducit Tubingam, nec non in monte Spizberg proxime ſylvæ Schwärzloch; Plantæ, arenoſorum locorum amantis, herba ſubdulcis, mucila-

cilaginoſa ab ovibus amatur. Gled. l. c. 1. p. 291. flores mellis materiem præbent. ibid. 2. p. 206.

Viola odorata Linn. *Viola martia purpurea flore ſimplici odoro & alba*, Violier, Violette, Violette de Mars, Violette des Carêmes, Viola, Violetta, Ιον Διοσκοριδου, ſingle March Violet, Viole, Violen, Merzviolen, wohlriechende Viole, Merzenviolen, floret Februario, Martio & Aprili in pratis: Folia primo vere inſtar oleris comedi poſſunt Geſn. phytogr. ſ. gen. p. p. 1. p. 38. flores odorati recentes nervini analeptici, narcotici tamen, ut exhalationibus ſuis incluſum conclavi aëra inquinantes mortem ſubitam excitaſſent, narrante Trillero in diſſert. de morte ſubita ex nimio violarum odore oborta. Wittenbergæ. 1762. colorem ſuum cum aqueis menſtruis communicant, præbentque ſyrupum leniter laxantem, reagentibus, quæ vocant Chemici, adſcriptum; ſaccharumque Aegyptiis, ex quo in aqua ſoluto gratiſſimum potus genus Sorbet conficiunt. Haſſelquiſt iter palæſtinum. Stockholm. 1757. nectaria mel ſuppeditant apibus. Gled. l. c. p. 145. Semina pariter leniter laxant, & in colica, nephritide, retentione urinæ commendantur. Corollæ nunc cæruleæ, nunc albæ ſunt.

Viola canina Linn. *Viola martia purpurea fl. inodoro*, Hundsviolen, Rosveieln; floret Martio, Aprili & Majo ad montes, ſepes,

in

in cœmeteriis & ſilvis. Mucilaginoſi ſaporis folia nutriens pabulum præbent. Gled. l. c. 1. p. 293. ex floribus mella legunt apes. ibid. 2. p. 148.

Viola tricolor Linn. *bicolor arvenſis*, zweyfärbige Viole, wilde Akerviole, wild Freyſamkraut, wilde Tag und Nachtblümlein, Garböklein, Stiefmütterchen; floret Martio, Aprili, Majo & Junio in agris. Ab ovibus non comeditur amariuſcula & ſubacris herba; ex floribus mel legunt apes.

Viola caule adſcendente, foliis cordatis ſubrotundis; floret Majo in monte Spizberg.

Impatiens noli me tangere Linn. Balſamine jaune, Balſamine ſauvage, Balſame des bois, Merveille à fleurs jaunes, Herbe impatiente, Balſamina gialla, wild Yellow Balſamine, wild Balſam-kruyd, Kruydje rœr my niet, gemein Springkraut, gelber Springſamen, wilde gelbe Balſamine, Ungedult; floret Auguſto & Septembri ad muros cœnobii Bebenhuſani, in ſalicetis juxta viam Hechingenſem, nec non in ſilva inter Pfullingam & cavernam Nebelloch; Plantæ, quam oves non comedunt, herbam decoctam interno uſu aperire, urinam ciere, & calculos conterere, & juſto frequentiore diabeten cauſſari, externo vulnera abſtergere, conſolidare tradunt: falſo ipſi vis emetica & purgans videtur tribui.

GYNANDRIA.

Orchis bifolia Linn. *alta bifolia minor calca-*

ca-

care oblongo, Satyrion à deux feuilles, Ὀρχις διφυλλος, two leaved Orchis, zweyblätterichtes Knabenkraut, zweyblätterichte Ragwurz, Fliegenblume, weiſſe wohlriechende Stendelwurz; floret Majo, Junio & Julio in ſilvis, præſertim Luſtnavienſi, & pone patibulum Tubingenſe ſita. Radix rotunda, parva, ſucculenta, urinas venereosque ciere ſtimulos dicitur; flores gratiſſimo eoque fortiſſimo caryophilli aromatici odore aëra replent, & uti flores miltaris, eximii mellis materiem præbent apibus. Gled. l. c. 2. p. 170.

Orchis coriophora Linn. Τραγορχις μικρα, ſtinkendes Knabenkraut; floret Majo in paſcuis & pratis, præcipue Waldhuſanis frequens. Radix indiviſa, bulbis duobus ſubdulcibus, ſucculentis, coma fibrarum ſucculentarum cinctis, emittens ſcapum, ultra medium involutum foliis brevibus, ſuperioribus interdum rubro marginatis, inferius viridem, ſuperius verſus flores nunnunquam rubellum, terminatum ſpica florida, plerumque brevi; floribus nunc albidis, nunc ſaturate purpureis, petalis omnibus conniventibus, lateralibus viridi ſtriatis, nectarii labio lateribus reflexo lato crenato ſubtrilobo, lobo medio ſæpius emarginato, linea media albidiore maculis, punctis, aut lineis ſaturatioribus exarata; cornu conico, bracteis breviore; bractea rubra anguſta, ſplendente, germen, non florem, ſuperante.

Orchis Morio Linn. Pikelhäring; floret Ma-

Majo & Junio in ſilva montis Spizberg verſus torcular quartum, & in ſilva inter pagum Kolbingen & Mühlheim: Caulis longus, foliis longis & latis ultra mediam altitudinem incluſus, viridis, flores verſus rubeſcens; flores cum bracteis & germinibus rubri, bracteis breviores; ſtamina filamentis longioribus inſidentia, quam coriophoræ, non imitabilia. Hujus radicem variis modis præparatam radici Salep ſubſtitui poſſe, argumentis evincit ſolidiſſimis Retzius in act. acad. reg. Scient. Suec. Vol. XXV. 1764. trim. 3. art. 10.

Orchis maſcula Linn. *Orchis morio mas foliis maculatis*, Satyrion, Ορχι ἑτέρα Διοσκορίδου, Orchis, männliches Knabenkraut, kleines frühes Knabenkraut, männliche Ragwurz, kleine frühe Stendelwurz; in dumetis ſilvæ Schwärzloch ad vineas invenit Duvernoy. Radix Anglis & Gallis officinalis, a nonnullis pro radice Salep habita, tenues humores inſpiſsat, acres lenit; in pulvere ſumta, analeptica & aphrodiſiaca, ex forma radicis teſticulos geminos referentis virtute gaudere creditur. Flores hujus, ut & reliquarum ſpecierum, mellis materiem ſuppeditant apibus Gled. l. c. 2. p. 159.

Orchis uſtulata Linn. *militaris pratenſis humilior*, gedüpfeltes Knabenkraut, kleine niedrige Stendelwurz; floret Majo in monte Spizberg & in ſilvis montanis Waldhuſanis. Radix ſubdulcis, ſucculenta, coma fibrarum

pa-

pariter ſuccoſarum cincta, emittens ſcapum brevem, viridem, ad flores usque foliis latis involutum, terminatum ſpica ſatis longa, floribus parvulis nitidis; petalis inferius rubellis, ſtriatis, exterius ſaturatius rubris, viridi ſæpe intermiſto colore; antheræ, quas non irritabiles vidi, filamentis brevibus inſident binæ; nectarii labium quadrifidum niveum, margine rubello, punctis ſaturate rubris exaratum; cornu breviſſimum, rubellum; bractea rubra, baſi, viridis, germine brevior.

Orchis militaris Linn. kriegeriſches Knabenkraut, gros Knabenkraut, groſe Stendelwurz, Gukugsblume; floret Majo & Junio in monte Spizberg; nemore montis anatolici, proxime montem verſus Nicarum reſpicientem ex adverſo Luſtnaviæ, & ſilva inter pagum Kolbingen & Mühlheim media. Radix mucilaginoſo, nutriente, leniente, ex parte tamen volatili, ſubtili analeptico referta cardiaca cum radice Salab convenit, & in annonæ caritate, uti reliquarum ſpecierum radices adhiberi poteſt pani conficiundo. Erhart. l. c. 5. B. p. 66. ſqq. viribus ſuis maſculam æquare Chomel. l. c. p. 323. ſcapus ſucculentus, nunquam flexuoſus, ultra dimidiam ſui partem vaginatus foliis ſatis latis, craſſis lucidis, glabris, terminatus ſpica ſpecioſa florum alternorum, germinibus inſidentium; petalis extus albis aut rubellis rubro-ſtriatis.

Or-

Orchis latifolia & β Linn. *palmata montana altera*, breitblätterichtes Knabenkraut, breitblätterichte Ragwurz, Creuzblume, Stendelwurz, Knabenwurz; hæc cum varietate altera Majo & Junio in paſcuis & pratis inprimis humidis montium Tubingenſis anatolici & Balingenſis Lochenſtein ad ejus radicem floret: Sed eſt altera adhuc varietas δ maculata, geſprengt Knabenkraut, rother geſpengter Wieſengukug, kleine Händelwurz, groſe Moorhändleinwurz, groſes Bruchknabenkraut; hanc eodem tempore in pratis humidis, præſertim Waldhuſanis, montium anatolici & Lochenſtein florentem invenias; hujus radix palmata, ſubdulcis, inodora, ſucculenta, fibras ſuccoſas, ſcapumque emittens involutum inferius foliolis albis areſcentibus, ſuperius foliis vaginantibus maculatis, viridem; ſuperius fuſco-rubrum, terminatum ſpica florida; flores nectarii cornu dimidio breviore, quam germen, ex rubro albido; nectarii labio punctis, lineis & circellis purpureis exarato trilobo crenato, ſæpius ſubqinquefido, lateribus reflexis, petalis dorſalibus nunc duobus, nunc tribus erectis; antheris non irritabilibus; bracteis fuſcis, florem nunc ſuperantibus, nunc æquantibus. Ab ovibus Aprili comeditur junior, mucilaginoſa hæc ſpecies Gled. l. c. 3. p. 345. cujus radicem radici Salab ſubſtitui poſſe, aſſerit Degnerus, aphrodiſiacis adnumerat pharmacopoea Wirtembergica, quæ eam ſub nomine ſatyrii deſcribit.

Orchis ſambucina Linn. Hollunderknabenkraut; floret Majo in pratis montanis Waldhuſanis & in monte Spizberg. Variat corollis albis & rubris; labium nectarii ſubcordatum, trilobum, lobis integerrimis, medio longiore ſublanceolato; folia dilutius maculata.

Orchis incarnata Linn. fleiſchfarbiges Knabenkraut; floret Majo in pratis Waldhuſanis.

Orchis maculata Linn. Palme de Chrît tâchetée, geflecktes Knabenkraut, geflekte Ragwurz; floret Majo & Junio in pratis & paſcuis, præſertim Waldhuſanis, in ſilva Bebenhuſana Jordan, & pone patibulum Tubingenſe ſita, & in montibus Tubingenſi Spizberg, & Balingenſi Schalksberg; Radix ſucculenta, gemina, patula bi-tri-aut quadrifida; caulis pedalis ſucculentus, baſi vaginatus; foliis inferioribus confertis amplexicaulibus, ſuperioribus rarioribus ſeſſilibus alternis, minoribus, omnibus lanceolatis, fuſco maculatis; flores dilute vel ſaturatius rubentes, rarius albi, maculis lineisque ſaturatius rubris lobis lateribus nonnunquam reflexis; cornu nectarii germine brevius; bracteæ flore breviores.

Orchis conopſea & γ. Linn. *Orchis maxima*, hohes Knabenkraut, gemeine groſe Knabenwürz, gemeine Ragwurz, gemeine Stendelwurz, Creuzblumenwurzel, Κυνοσορχις μακροκαυλος, Palme de Chrît; floret Majo, Junio & Julio cum reliquis varietatibus in monte

te Schlosberg; in collibus juxta viam, quæ ducit trans montem Schlosberg in montem Spizberg, poſitis, in pratis montanis, præſertim in montibus anatolico, Rosberg & Heuberg; nec non in pratis Waldhuſanis: & in monte ſilvaque pone patibulum Tubingenſe ſitis. Variat etiam corollis albis & rubris, lobis, in quos nectarii labium dividitur, integerrimus & crenatis; ſpica longiore & breviore. Radix ſucculenta mucilaginoſa, fibroſa, palmata, craſſa, digitis quatuor ad ſex ad maniam & febrem quartanam propulſandam commendatur; ſcapus ſæpe tripedalis.

Orchis bulbis ſubpalmatis rectis, nectarii cornu breviſſimo, germinibus longe breviore, labio quinquefido plano, bracteis flore longioribus; floret Majo ibidem. De univerſo hoc genere v. Ill. Hallerum in Act. Helvet. Vol. IV. Baſil. 1760. art. 12.

Satyrium viride Linn. grüner Stendel; floret Julio in ſilva montis Balingenſis Lochenſtein; unde lectum miſit Cl. Ofterdinger.

Ophrys nidus avis Linn. Vogelneſt, nakende Stendelwurz, Waldknabenkraut; floret Majo & Junio in ſilvis, præſertim ſilva montis Balingenſis Lochenſtein;

Ophrys corallorhiza Linn. Corallenwurz; floret Julio in monte Heuberg.

Ophrys ovata Linn. gemeines Zweyblatt; florentem Julio, in monte Heuberg collectam miſit Cl. Ofterdinger. Caulis hirſutus, pe-

dalis, teres, ſimplex, bifolius; foliis oppoſitis, ovatis, glabris, ſplendentibus, mucronatis; Spica florida terminalis laxa, quadrantem pedis longa, floribus alternis, pedunculo brevi rubello innixis, erectis, alis rubellis, ceteris florum partibus ex luteo viridibus, nectarii labio longo bifido, lateribus reflexo.

Ophrys monorchis Linn. wohlriechendes Zweyblatt; floret Julio in monte Balingenſi Lochenſtein, unde miſit Cl. Ofterdinger.

Ophrys inſectifera θ. Linn. Hummelblume; floret Julio in ſilva Uracenſi, dicta Ulmerſteig.

Ophrys inſectifera ϰ. Linn. Käferblume; floret Junio in monte patibuli Tubingenſis poſt pluviam.

Serapias latifolia Linn. breitblätterichte Serapias; floret Julio in monte anatolico. Caulis circiter pedalis, folioſus, villoſus, ſimplex; foliis amplexicaulibus vaginantibus, glabris ovato-lanceolatis alternis; ſpica florum terminalis laxa nutans: floribus alternis pedunculatis, cernuis, bractea inſtructis, calice, pedunculo, & germine hirſutis; foliolis calicis tribus ovato-lanceolatis ex viridi-purpureis ſtriatis; labio nectarii & petalis candidis; maculis ſtriisque purpureis exaratis.

Serapias longifolia Linn. langblätterichte Serapias; Wieſenhelleborinde, wilde Nieswurzel, hochwachſende blaue langblätterichte Bergcymbelblume; floret Julio & Auguſto in

in monte Rosberg & proxime cavernæ Nebelloch; frequens etiam circa Balingam. Pabulo inepta planta. Gled. l. c. 3. p. 377.

Cypripedium Calceolus Linn. Sabot, our Lad'ys Gloves, gemeiner Venusſchuh, gemeiner Pfaffenſchuh, Frauenſchuh, unſerer lieben Frauen Schuh; floret teſte Erharto l. c. Auguſto in alpibus Suevicis, & teſte R. I. Camerario circa Tubingam. V. Diſſertat. de helleboro nigro Tubing. 1684. p. 4.

Ariſtolochia Clematitis Linn. Ariſtoloche Clematite, Ariſtologia volgare, Αρισολοχια κληματιτης Διοσκοριδου, Common Birthwort, Lange dunne Ooſterlucie, Zarazyns-kruyd, gemeine Oſterlucey, kleine Oſterlucey, kleine Holwurz, floret Junio in muris vinearum hortorumque, & in paſcuo dicto Schwanzer. Plantæ amaræ, leniter adſtringentis, odore non adeo grato præditæ radix emmenagoga, ariſtolochica, obſtructiones viſcerum ſolvere, externo uſu hœmorrhoidariis & vulneratis apprime conducere perhibetur, & ariſtolochiæ longæ ſubſtituitur; folia iisdem viribus pollent, quamvis gradu debilioribus.

Arum maculatum Linn. Pié de veau, Aro, Gigaro, Αρον Διοσκοριδου, Wake-robin, Kalfs-vœt, gewöhnlicher Aron, geflekte Aronswurzel, teutſcher Ingwer, Pfaffenpint, Zehrwurz; floret Majo in fruticetis montis Balingenſis Lochenſtein, in dumetis circa Reutlingam, teſte Weinmann l. c. p. 4. in regione

 etiam

etiam Zabergovienſi Hiller. Plantæ acerrimæ, quæ aceto aut vino macerata, vel cum alterutro cocta, urinam movere, ſcorbuticis & ex alto lapſis prodeſſe perhibetur, ex qua etiam ſaponis ſpeciem conficiunt Pictones & Anglæ mulierculæ, radix auctumo acris, exſiccatione, aceto aut vino mitiganda, uti baccæ, acrimonia ſua privata pani apta, uti folia, varie præparata, interno uſu ſtomachica, febrifuga, reſolvens & externo in cancris exulceratis, ulceribus commendatur: Aqua radicis deſtillata coſmetica habetur; extractum ſine ſtimulo reſolvere & expectorare ſine relaxatione Geſner. Schwaben zur Arzneygelahrheit und Naturkunde. 1. Band. Nördlingen. 1769. qui etiam extractum ex foliis ſolis paratum magis ſtimulare, minus favere expectorationi obſervavit ibid. art. 6. pulverem radicis ſcopo eodem ſaponi miſcent aliæ; Fecula ex radice parata iners eſt, plantæque viribus vacua: Baccas tinctoribus utiles nonnulli cenſent. Erhart. l. c. 5. B. p. 194.

MONŒCIA.

MONANDRIA.

Chara vulgaris Linn. gemeiner Armleuchter; floret Julio in ſtagnis.

DIANDRIA.

Lemna minor Linn. *Lenticula paluſtris vulg.* Petite lentille d'eau, Lentille des marais, Waterlentile, Φακος ο επι των τελματων; kleines

nes Entengrün, kleine Waſſerlinſe; floret frequentiſſima præſertim Majo & denſiſſima in paludibus. Planta anatibus anſeribusque & purgata, furfuribusque miſta gallinis etiam gratiſſima, ex cujus radiculis fila lineorum æmula duci poſſe ſuſpicatur Erhart. l. c. 6. B. p. 232. externe adhibita incidentium, reſolventium, anodinorum in numerum refertur.

TRIANDRIA.

Typha latifolia Linn. *Typha paluſtris major*, Τυφη Διοσκοριδου, breitblätterichte Rohrkolbe, Lieſchkolbe, Pumpskeule, Kolbenſchmakduſen; Julio in aquis ſtagnantibus montis Spizberg florentem vidit Duvernoy. Igni foci alendo, quam paſcendis pecoribus aptior planta addita lana aut pilis tomentum præbet, aptamque tegminibus lectorum materiem. Gled. l. c. p. 249. qua etiam pulvinaria ſua infarſerunt Americani Kalm. l. c. T. III. p 79. qui folia quinque in annulos contorta equorum collis appendunt, ut à frictione tueantur, vel pro ſedilibus contexunt ibid.

Sparganium natans Linn. Σπαργανιον, ſchwimmende Igelskolbe, Knoſpengras, Riedknoſpen, Waſſerigelknoſpen, Degenkraut; floret Auguſto in aquis.

Carex dioica. Linn. Riedgras mit getrennten Geſchlechtern, floret Majo ad paludes & in montanis.

Carex arenaria Linn. Sandriedgras, Sand-

ſegge, kriechender Sandried, Eiſerpäthen, Flugſandried; floret Majo, in ſiccis, præſertim in ſepibus pone Schlöslein, & in ſilva Bebenhuſana, kalten Büchlein. Hæc ſpecies, quam pro varietate vulpinæ habuit Ill. Haller, caulem habet triquetrum, tenuem, lævem, ultra ¼ pedis vix longum, foliis ſeſſilibus, longis, caulem ſæpius ſuperantibus, ſubulatis; Spiculæ vix ultra ſex, terminales, alternæ, inferiores duæ remotiores, foliolo inſtructæ, ſpicula longiore: Androgynæ ſeſſiles, ut plurimum in medio maſculæ: Graminis, quod ligandæ ſicciſſimæ arenæ idoneum eſt, radices purgatæ, recentes & vere effoſſæ odorem terebinthinæ referentes, ſapore leni balſamico, ſubdulci præditæ ſmilacis ſaſſaparillæ pretioſis radicibus, ſi non ſuperiores viribus medicatis, tamen æquales ſunt. V. Gled. l. c. 3. p. 386.

Carex leporina Linn. Haſenriedgras, klein Waſſercypperngras, klein Waſſergalgantgras: Inveni Junio ad ſilvam Bebenhuſanam & in via, quæ ducit juxta Nicarum Tubinga Luſtnaviam, florentem.

Carex brizoides Linn. zittergrasartiges Riedgras; floret Junio in paludibus, ad viam, quæ ducit in regionem, Viehweyde: Caules teres, glaber, quinque circiter uncias longus, ſimplex, infra folioſus foliis lineari-lanceolatis canaliculatis anguſtis glabris; ſpica terminalis fuſceſcens, compacta: ſpiculis ſeſſilibus alternis.

Carex

Carex vulpina Linn. *Cyperoides paluſtre majus ſpica compacta*, Fuchsriedgras, Waſſercyperngras, Bruchſegge mit langen glatten Blättern, und ſtarken diken, zuſamengeſezten Aehren; floret Majo in monte ad arcem Tubingenſem, in rivulis pratorum Waldhuſenſium, in ſilva Bebenhuſana kalten Büchlein, & ad viam Jeſingenſem per portam Hakthor; Caulis interdum ſeſquipedalis, glaber, rigidus, infra vaginatus: foliis lineari-lanceolatis carinatis, glabris, culmo longioribus: Spica terminalis: Calycis ſquamæ ſubulatæ: Ut omnes reliquæ caricis ſpecies, pabulo pecorum inepta planta, & ab omnibus contemta, niſi apris & feris, verno tempore penuria preſſis, adhucdum tenerior; ut reliquæ ſpecies, pratis ſummopere noxia: loco ſtraminis tamen, involvendis mercibus aut alii quoque ſcopo adhibenda; exſiccandis paludibus, ligandæ arenæ, exſtruendis aggeribus, exaltandoque ſolo apta; ceſpites inde conſtantes etiam loco turfæ comburi poſſunt; de quibus omnibus v. Cl. Gleditſch. l. c. T. III. p. 364. ſqq. Semina amant aves, præſertim aquaticæ.

Carex muricata Linn. *Gramen nemoroſum ſpicis parvis aſperis*, zakiges Riedgras, Waldgras; Buſchgras; floret Majo in ſilva Bebenhuſana kalten Büchlein.

Carex elongata Linn. verlängertes Riedgras, kleine hochſtielige Wieſenſegge mit ſchmalen Blättern, und langen gelblichten aufrechten

zuſamengeſezten Blumenähren; floret Junio in ſilva Bebenhuſana kalten Büchlein; Culmus bipedalis, glaber, trigonus, gracilis, infra vaginatus foliis canaliculatis ſubulatis, culmum ſuperantibus; panicula terminalis, ſpiculis oblongis, ex flavo viridibus, bractea ſpicula minore, inſtructis, alternis, minoribus quinis aut ſenis lanuginoſis; capſulis acuminatis. Folia ejus pabulo aptiora, quam reliquarum ſpecierum.

Carex caneſcens, Linn. graues Riedgras, Culmus vix pedalis, glaber, gracilis, ſubtrigonus, inferius vaginatus foliis culmum ſuperantibus, glabris ſubulatis carinatis: ſpiculæ ex ovato rotundæ, majores, quam in priore, alternæ, acutiuſculæ, ex flavo virides, quaternæ aut quinæ: Floret eodem cum priore & loco & tempore.

Carex flava Linn. *Cyperoides paluſtre aculeatum capitulo breviore*, gelbes Riedgras; floret Majo in ſilva Burgholz.

Carex montana Linn. Bergriedgras; floret Majo in ſilva Burgholz.

Carex globularis Linn. kugelichtes Riedgras; floret eodem tempore ibidem.

Carex filiformis Linn. fadenförmiges Riedgras; floret eodem anni tempore & in ſilva Burgholz, & in udis, præſertim montis anatolici: Spica maſcula terminalis, ſemper unica; ſpicæ femineæ inferiores pedunculo brevi inſtructæ binæ, vel ſolitaria; nonnunquam

etiam

etiam alterutrius femineæ ſpica androgyna ſuperius maſcula, inferius feminea, ſed rarius.

Carex ſaxatilis Linn. Felſenriedgras, floret Majo in paludibus montanis. Spicæ femineæ binæ vel ſolitaria, ſeſſiles, axillares, ſpicæ maſculæ proximæ.

Carex limoſa Linn. leimiges Riedgras, kleinere Torfſegge mit kriechenden Wurzeln und hangenden kurzen braunen röthlichten und dunkelgrünen vermiſchten Aehren; Floret Majo in paludoſis, præſertim in palude montis Balingenſis Lochenſtein. Pabulo ineptum gramen: Spicæ duæ vel tres maſculæ erectæ, terminales, ſeſſiles, e ferrugineo fuſcæ, loco inferioris ſæpe androgyna, ſuperius maſcula, inferius feminea; femineæ ut plurimum duæ pedunculatæ axillares, ex albo & viridi ſpadiceæ; inferior pendula, ſuperior mox erecta, mox pendula: Culmus teres, planta glabra; folia ad vaginam rugoſa; Capſulæ inflatæ, ſquamis ex viridi ſpadiceis.

Carex capillaris Linn. Harriedgras; floret Majo in pratis montis anatolici, in margine & in ipſa ſilva Luſtnavienſi & Bebenhuſana, kalten Büchlein. Caulis obtuſe triangularis, cum foliis glaber, tenuis, flexilis; nutans; Spicæ plures, quam tres; maſcula terminalis ſubnutans plerumque unica, cujus loco ſemel vidi androgynam ſuperius femineam: Habitu multum differt a reliquis caricis ſpeciebus.

Carex palleſcens Linn. blaſſes Riedgras, gelbe

gelbe Segge mit kurzen hangenden Samenſpi⸗zen; floret Majo in monte anatolico, in paludibus ſilvæ Burgholz, & in via inter Schlosberg & Burgholzgäslein interjecta.

Carex panicea Linn. ſchwadenartiges Riedgras; floret Majo in eadem via & in uliginoſis montanis, præſertim montis anatolici; ſpicæ maſculæ nunc binæ nunc ſolitaria; interdum loco femineæ ſuperioris androgyna, ſuperius maſcula.

Carex diſtans Linn. entferntes Riedgras, klein ſchmal Waldriedgras, klein rauhknöpfiges Waſſercyperngras; floret Majo in paludoſis.

Carex ceſpitoſa Linn. Raſenriedgras; floret Majo in monte anatolico & in ſilvis Burgholz & Luſtnavienſi. Spicæ ut plurimum tres, nonnunquam quatuor; maſcula ſemper unica linearis, terminalis, ſubflava, viridiſtriata; femineæ inferiores duæ aut tres, virides, pedunculo brevi inſtructæ, ex ala folii longiores naſcente: folium vaginans ad baſin ſæpe rugoſum; tota planta glabra, culmus triqueter: Capſulæ inflatæ, virides, erectæ.

Carex acuta rufa & nigra Linn. *Cyperoides latifolium ſpica rufa*, ſpiziges gelbrothes Riedgras, groſes ſpiziges Riedgras, ſcharfes Riedgras, groſe ſpizige Bruchſegge mit ſchwarzrothen Aehren, gros Waſſerriedgras, wild Galgantgras, breitblätterichtes Riedgras, Berſtgras, Schnittgras, Sauergras, Plazgras, Segge, Segger, hohe Winterſegge. Floret Majo in paludoſis, præſertim in foſſis aquoſis prope ſilvam

ſilvam Burgholz & prope Waldhuſam. Spicæ maſculæ terminales, ſeſſiles, ſolitariæ, binæ, tres aut quatuor, fuſcæ, antheris flavis, oblongæ, erectæ, ſuprema longiſſima; androgyna, qualis ſæpe duplex adeſt, maſculis inferior, feminis ſuperior, linearis, ſuperius maſcula, hac parte, dum floret, flava; inferius feminea, & hac parte, dum floret, alba, ſæpiſſime ſolitaria, ſubpedunculata, erecta, axillaris, cujus loco ſæpe ſubſtituitur feminea; femineæ inferiores lineares albidæ, interdum, ſed rariſſime deficientes, ſubpedunculatæ, erectæ, ex alis folii longi, lati, glabri natæ, diſtantes; inferiores longius pedunculatæ, duæ, tres, quatuor, quæ, dum fructiferæ ſunt, ex ferrugineo & viridi fuſceſcunt: Capſulæ mox obtuſæ, mox acutiuſculæ; Culmus acute triangulus: Funeſtum recens ex adhærente inſecto pecoribus gramen, ut abdomen eo utentium diſſilire faciat, Schreber Samml. vermiſcht. Schr. II Th. p. 222. ab equis ſolis appetitur, quibus purgatum, ſiccatum & conſciſſum, reliquo pabulo miſtum præberi poteſt.

Carex veſicaria Linn. Blaſenriedgras, langſtielige Blaſenſegge, hohes Blaſenriedgras; floret Majo in udis, præſertim juxta viam ad montem Spizberg ducentem, & in udis pratis pone Luſtnaviam verſus Kirchemium reſpicientibus. Variat pariter ſpicis androgynia loco feminearum ſubſtitutis, ut ſæpe nullam harum invenias: Siccato minutimque diſſecto hoc gramine, tibialia, calceos & chi-

rothecas

rothecas infarciunt, manus pedesque a frigore defendunt Lappones. Linn. flor. lappon. p. 256.

Carex hirta Linn. *Gramen pratenſe ſpicatum, foliis & ſpicis hirſutis mollibus*, raubes Riedgras; floret Majo in aridis, præſertim in monte anatolico. Culmus trigonus, cum foliis glaberrimus: Spicæ maſculæ duæ aut tres terminales ſeſſiles oblongæ, ex viridi ferrugineæ: Capſulæ hirtiſſimæ, acuminatæ, virides, maculis fuſcis notatæ.

Carex 1378. Hall. Edit. 2. *Cyperoides anguſtifolium ſpica ſpadiceo-viridi minus*; deſcribit Duvernoy.

Carex 1396. Halleri enum. ſtirp. Helv. indig. Edit. 2da. *Cyperoides ſpica pendula longiore.* Inveniſſe ſe teſtatur Duvernoy.

Carex ſpicis maſculis terminalibus, androgynis inferioribus axillaribus pedunculatis: Floret Majo in paludoſis, juxta viam ad montem Schloßberg. Hujus forte varietates ſunt.

α Carex ſpicis oblongis, inferioribus androgynis pedunculatis, maſcula ſeſſili terminali; in via inter Schloßberg & Burgholzgäslein, media.

β Carex ſpicis feminea inferiore, mediaque androgyna pedunculatis erectis; maſcula ſeſſili terminali, omnibus oblongis, ibidem.

γ Carex ſpicis oblongis, femineis inferioribus nutantibus, androgyna media ſuberecta, pedunculatis axillaribus, maſcula aut maſculis ſeſſilibus terminalibus, ibidem.

Carex

δ Carex ſpicis oblongis, maſculis erectis terminalibus, androgynis inferioribus pedunculatis pendulis, ſuperne maſculis: Floret Majo in montibus. Spicæ ex rufo flaveſcunt.

ε Carex ſpicis ternis, maſcula ſeſſili terminali, reliquis pedunculatis; media androgyna, ſuperne maſcula; infima feminea; floret menſe Majo in montibus. In hac aut androgyna, aut feminea, aut utraque, alias pendula eſt, alias erecta.

ζ Carex ſpicis ternis, feminea nulla, duabus aut unica maſcula terminalibus, duabus aut una androgyna ſuperius maſcula inferioribus; cum priori & loco & florendi tempore convenit.

η Carex ſpicis ternis, ſuperioribus duabus maſculis, altera terminali ſeſſili, altera cum androgyna inferiore pedunculata, feminea nulla: Floret Majo in monte anatolico: Androgyna ſpica mox nutat, mox erecta eſt; maſculæ ſemper erectæ.

Carex ſpicis ut plurimum quatuor terminalibus confertis ovatis, femineis inferioribus ſubpedunculatis, maſcula ſeſſili terminali: Carex 1381. Halleri: Floret Majo in via, quæ ducit pedites Tubinga Entringam prope ſilvam.

Carex ſpicis femineis inferioribus pedunculatis ovatis foliolo proprio brevioribus, maſcula terminali; floret Majo in via inter Schloſsberg & Burgholzgäslein; an varietas caricis filiformis?

Carex

Carex ſpicis erectis oblongo-ovatis, maſculis duabus terminalibus ſeſſilibus, femineis pedunculatis axillaribus, ibidem.

Carex ſpicis erectis linearibus, maſculis terminalibus ſeſſilibus, feminea aut femineis ſubſeſſilibus inferioribus: ibidem: an varietas Caricis acutæ rufæ? an Carex 1384. Halleri?

Carex ſpicis ternis erectis, maſcularum altera terminali ſeſſili, altera ſubpedunculata, feminea inferiore pedunculata, ibidem.

Carex ſpicis vel ſpica maſcula terminali erecta, femineis aut androgynis ſuperne maſculis inferioribus pedunculatis pendulis linearibus. Floret Majo in montanis. Variat inſigniter & numero ſpicarum & ſexu: in aliis culmis unicam ſpicam maſculam invenias, in aliis duas, in aliis tres; in aliis feminea nulla, in aliis androgyna nulla, in aliis utraque adeſt, ſed poſterior ſuperior: Spicæ maſculæ ex luteo rufeſcunt; femineæ ex albo ſpadiceæ ſunt, dum florent; dum fructus gerunt, inflantur paululum.

Carex ſpicis maſculis pluribus, ſuprema ſeſſili terminali, reliquis cum femineis & androgynis ſuperius maſculis pedunculatis erectis, capſulis inflatis acuminatis. Floret Majo in monte anatolico: Spicæ maſculæ variant numero; feminea nonnunquam nulla plane adeſt, loco ejus ſubſtituta androgyna; quandoque una cum hac plures; maſculæ ſpicæ turgent, femineæ graciliores ſunt lineares, donec

nec fructum ferant: videtur convenire cum Carice 1395. Ill. Halleri.

Carex ſpicis ternis, maſcula ſeſſili terminali, femineis duabus inferioribus erectis pedunculo brevi ex ala folii longioris nato inſtructis, ovato-oblongis: Floret Majo in monte anatolico: an varietas caricis globularis? an Carex 1370. Halleri l. c.

Carex ſpicis ternis, ſuperioribus duabus maſculis, altera terminali ſubovata, altera cum feminea inferiore pedunculata lineari: Floret Majo in monte anatolico: In hac ſpica feminea mox nutat, mox, & quidem ſæpius, erigitur.

Carex ſpicis ternis: maſcula terminali ſeſſili, androgyna ſuperius feminea media pedunculata, erecta, feminea inferiore pedunculata ſubnutante; floret eodem cum priori & loco & tempore.

Carex ſpicis quinis, duabus maſculis terminalibus ſeſſilibus, tertia androgyna inferne maſcula ſeſſili, femineis duabus inferioribus pedunculatis erectis; & loco natali & florendi tempore cum priore convenit.

Carex ſpicis quinis, quaternis aut ternis pedunculatis pendulis, ſuperioribus duabus maſculis, inferioribus tribus binis aut ſolitaria androgynis ſuperne maſculis longis anguſtis; floret Majo in monte anatolico.

Carex ſpicis quinis, maſculis tribus ſeſſilibus terminalibus approximatis, binis inferioribus androgynis ſuperne maſculis pedunculatis erectis axillaribus.

Carex ſpicis ternis aut quaternis, duabus ſuperioribus maſculis ſimplicibus oblongis gracilibus, inferiori aut inferioribus compoſitis ex ſpiculis inferioribus conferris maſculis, terminali androgyna, ſuperius maſcula; floret Majo in monte anatolico.

TETRANDRIA.

Betula alba Linn. Bouleau, Betula, Bietola, Birchtree, Berkenboom, Birke, weiſſe Birke, Mayen, Wunnebaum; Arboris, ambulacris, etiam umbroſis idoneæ, per radices propagandæ, ſolique ſicci arenoſi amantis lignum album, firmum, tenax, igni foci aptum, recens cum ovariis piſcium ſiccatis cibo, cum ſucco betulæ fermentato potui Kamſchataliae incolis Kraſcheninnikow Beſchreibung des Landes Kautſchatka überſezt durch Köhlern. Lemgo p.99. adhibetur, gratiſſimum tornatoribus, trahis, rotarum axibus, circulis doliorum majorum inſerviens fuliginem præbet, typographis utilem. du Roi l. c. p. 90. Cortex exterior, reſina, balſamo copaivæ æmula, fartus putredini ſummopere reſiſtens, in febribus intermittentibus, præſertim cum ſcorbuto complicatis, & ulceribus externis malignis efficax v. Landarzt p. 26. Lapponibus pro parandis inde ſcatulis & lagenis, Suecis pro tegendis domibus, & piſcatoribus pro calceis uſitatus. Linn. fl. Suec. nr.859. cujus ſegmento per aquam calidam curvato atque arbori prope radicem bis circumligato, & arborem ſine hujus damno hyeme ab injuriis murium & a ſolis ardore

ardore ramuſculos inſititios æſtate tuetur Heldenhielm. Act. ac. reg. Scient. Suec. 1761. trim. 1. art. 8. p. 79. pice addita a formicarum noxis, Lidbeck ibid. art. 9. p. 81. Sibiris pro vaſis, contortus alpium incolis pro facibus, ovibus Norwegicis nutrimento Kalm Reſa til Norra America. Stockholm. 1735. T. I. p. 110. inſervit; & oleum deſtillatione præbet, corio & rotis inungendis aptum; interior Polonis & Pruſſis coriis, interior exterioris corticis pagina veteribus papyro parandæ adhibebatur; folia, quibus oves & capræ paſci poſſunt, lanam & lintea colore ex viridi-luteo tingentia, additis præſertim ſerratulæ tinctoriæ radice & alumine du Roi l. c. p. 90. odorata, amara viribus cum cortice exteriore convenire perhibentur, cineres etiam clavellatos ſuppeditant. Act. ac. reg. Scient. Suec. Vol. XX. 1759. trim. 1. art. 1. Liquor, ex cortice aut ramis extremis, antequam folia erumpant, vulneratis exſtillans, inſpiſſatione mannæ æmulus, leniter fermentatus gratus, egregiis in morbis viarum urinariarum, viſcerum abdominalium, phthiſi ſcorbutica, & variis faciei effectibus varie præparatus & miſtus celebris eſt: Semina fine Auguſti matura, hoc aut ſequente menſe colligenda, ſub auſpiciis veris terræ aridæ ad profunditatem dimidii pollicis committenda. Schreb. Samml. verm. Schr. 9 Th. p. 191. Lichen huic arbori adhærens plicatus Linn. fila alumine imbuta, cum quibus coquitur in eadem olla, luteo, &

lanam griſeam viridi colore tingit. V. de hac arbore Leopoldi diſſert de betula. Tubing. Præſ. El. Camerario 1677. habita.

Betula Alnus Linn. Aune, Alno, Alder-tree, Erle, Ellern, Elſe, gemeine Erle, Arle, Otten, Otterbaum; floret Aprili in ſilvis. Arboris, curculionis proprii injuriis expoſitæ, pinguius, quam alba, ſolum poſcentis, per ſemina propagandæ, Erhart. l. c. 2. B. p. 222. littora radicibus ſuis defententis, du Roi l. c. p. 109. in bono humido ſolo & læte & celeriter increſcentis; tam denſas & umbroſas, quam durabiles ſepes in locis, ubi aliæ ſtirpes ineptæ ſunt, præbentis, Gled. l. c. 2 p. 422. ad aggeres paludum in ſilvis exſtruendos aptiſſimæ, ibid. 3. p. 365. lignum ſub aqua duritiem lapideam aſſumens, ſupra eam ædificiis ineptum, foco tamen, manubriis, vaſis lactis, rotis, orbiculis, Weſtphalis pro calceis adhibitum, & trunci & radicis tornatoribus gratum, nigra tinctura imbutum ad nitorem ligni ebenei evehi poteſt, du Roi l. c. p. 108 & cineres præbet, nigro colore lintea imbuentes: iuniores ramuli coriis parandis apti Gled. l. c. 1. p. 23. Cortex, a nonnullis cortici peruviano ſubſtitutus, Erhart. l. m. c. p. 219. contuſus inflammationibus diſcutiendis; ſiccatus, minutim contuſus, in aqua coctus, donec inſpiſſetur, filis laneis, quæ in hac aqua ponuntur, fuſco; ſin autem aquæ huic præterea addatur, quod in poliendo

fer-

ferro de cote & ferro abraditur, nigro inficiendis colore aptus v. Abhandl. der kön. ſchwed. Akad. 1745. 4. Viertelj. 5. St. & ovibus & nonnunquam hominibus in Norvegia cibo adhibetur. Kalm Reſatil Norra America. Stockholm. 1735. T. I. p. 110. tingendis pellibus a Kamſchatdaliæ incolis Kraſcheninnikow, l. c. Folia, quæ coriis parandis Gled. l. c. 1. p. 23. ovibus aliisque animalibus paſcendis, Erhart. l. m. c. p. 218. combuſta cineribus clavellatis parandis. Act. ac. reg Scient. Suec. Vol. XX. 1759 trim. 1. art. 1. recentia inflammationibus & tumoribus diſcutiendis, calida ſaccis immiſſa paralyticis, rheumaticis & iſchiadicis, qui eis incumbunt, ſudorem movendo inſerviunt; juli & fructus amara, adſtringentia, in gargariſmatibus ad oris & tonſillarum inflammationes adhibitis proſunt.

Urtica urens Linn. Ortie grieche, Urtica piccola, ſmall ſtinging Nettle, kleine Brandnetel, Heiterneſſel, Eiterneſſel, kleine Brenneſſel: floret Junio in ruderatis. Ab ovibus non comeditur: Infuſum foliorum ſiccatorum phthiſicis commendat Cl. Gleditſch Verzeichniß der gewöhnlichſten Arzneygewächſe. Berlin. 1769. p. 472.

Urtica dioica Linn. *urens maxima caule rubro*, Ortie commune, Urtica vulgare, Ακαλυφη Διοσκοριδου, great ſtinging Nettle, grote Brand-netel, Neſſel mit ganz getrennten Geſchlechtern, groſe Brenneſſel, floret Junio

 ad

ad vias & in ruderatis. Plantæ, quæ egregium præbet, idque vernum pecoribus pabulum, eorumque lac auget, ac quum perennet, ubique proveniat, ac ſuis radicibus aggerem irruentibus opponat aquis, cum cura plantandæ, anſeribus etiam cum culmis hordei conſciſſæ, propinandæ, Schreb. Samml. verm. Schr. 7. Th. p. 172. ab ovibus tamen rejectæ, ætate forſan nimis rigidæ, teſte Pane Sueco; radices conditæ in aſthmate & pleuritide prædicantur; herba cæſionibus membrorum paralyticorum inſervit, & externo uſu podagricis doloribus leniendis, & tumoribus frigidis diſcutiendis conducere fertur, cujus etiam ſuccus in fluxibus ſanguinis exhibetur; turiones inſtar oleris cocti cibum præbent haud ingratum; caules adultæ plantæ materiam igni ſcci exhibent, eorumque maceratorum cortex cannabinæ ſimillimam. Leipz. Samml. 2. B. p. 750. infuſum foliorum ad ſanguinem depurandum, podagram, rheumatiſmum, anginam laudatur.

PENTANDRIA.

Amarantus Blitum Linn. Meyeramant, wilde Melde; Βλιτον μειζον, floret Aprili in hortis ſponte; Junio obſervavit Erhart. l. c. 7. B. p. 320. Semina leviter adſtringentia, forma pultis, folia inſtar oleris cocta in annonæ difficultate comedi poſſe idem. l. m. c. p. 322.

PO-

POLYANDRIA.

Myriophyllum ſpicatum Linn. *Μυριοφυλλον Διοσκοριδου*, ährenförmiger Federball, ährenförmiges Federkraut; floret Julio in paludibus ambulacri Studentenwäldlein: Ab ovibus non comeditur.

Myriophyllum verticillatum Linn. quirlförmiger Federball; floret Auguſto in ſtagnis ambulacri: der groſe Wörth.

Poterium Sanguiſorba Linn. *Pimpinella minor hirſuta*, Bipinelle, petite Pimpinelle, petite Pimprenelle, Pimpinella piccola, Peponella, ſmall Burnet, gemeine Becherblume, gemeines Nagelkraut, rauhes Blutkraut, klein Sperberkraut, kleine italiäniſche Pimpinelle. Cum ſanguiſorba oſſicinali & loco natali & viribus convenit.

Quercus Robur Linn. Chêne, Quercia, Δρυς, Ημερις, Oaktree, Eykenboom, gemeine Eiche, Heiſter, Eiche, Auguſteiche, Frühreiche, Steineiche, Sommereiche, Rotheiche, Loheiche; floret Majo in ſilvis & montibus frequens; flores ex viridi flaveſcentes, emarcidi, ſubfuſci: Arboris, quæ ſilveſtris transplantari non poteſt, niſi junior, & cum varietatibus ſuis Treuſeiche, Traubeiche, Wintereiche & Sommereiche, foliis ſerrulatis; in ſolo bono ſepibus durabilibus & pulchris inſervit; Gled. l. c. 2. p. 419. Iovi olim ſacratæ, durabilis, fertilis & altæ, lignum duriſ-

riſſimum, tenax, ſubflexile, in ſitu perpendiculari durabile, niſi humidus accedat aër, ſub aqua lapideſcens, carpentariis, fabris lignariis & tornatoribus gratiſſimum, architecturæ militari, civili & navali, poſtibus, fulcris, doliis, prelis, axibus rotatarum variisque inſtrumentis aptiſſimum. Geſn. phyt. ſ. g. p. p. 6. p. 26. carbones etiam optimos præbet, a nonnullis ligni guajaci loco ſubſtitutum; ramuli ſi ad manipulum modio avenæ miſti porrigantur per aliquod tempus equis e cinereo variegatis, pilos inde nigreſcere nonnulli contendunt; juniornm luxuriantes coriis parandis apti. Gled. l. c. 1. p. 23. Cortex, ab aliis cortici peruviano ſubſtitutus, detegendo in aquis mineralibus ferro idoneus. Abhandl. d. kön. ſchwed. Acad. d. Wiſſ. 1743. 3. Viertej. 3. St. qui in Norwegia, deficiente alio pabulo, tenerior diſciſſus vel pauxillo farinæ conſperſus, bobus comedendus projicitur, teſtibus Kalm. l. m. c. T. I. 1735. & Jacobi Memoir. de l'acad. royale des Sciences à Bourdeaux. 1759. cum ſegmentis uſu coriario notiſſimus, cui alia ſubſtituere conatus eſt Cl. Glediſch hiſtoire de l'acad. royale des Sciences & belles Lettres à Berlin 1756. p. 16. Folia, quæ præſertim contuſa gratum pecoribus pabulum præbent, combuſta cineres clavellatos Act. ac. reg. Scient. Suec. Vol. XX. 1759. trim. 1. art. 1. quorum juniorum aquam deſtillatam in phthiſi mira præſtare, ſunt, qui

aſſe-

afferunt; adſtringentia, juniora cum ramulis in vino cocta odontalgiam rhevmaticam tollere, & in anginis etiam prodeſſe, externe adplicita vulneribus conducere, diſcutere & exſiccare feruntur; glandes, porcis, feris & meleagridibus aliisque animalibus gratiſſimæ, in annonæ caritate hominibus etiam inſervientes, Geſn. l. c. p. p. 1. p. 40. cum calicibus includentibus valide adſtringunt, hinc in fluxibus ſanguinis & alvi proſunt, confirmante etiam Cl. Scopoli flor. carniol. p. 415. Succus ex arbore terebra vulnerata effluens in mictu cruento prædicatur: Gallæ, cynipis opera, atramento conficiendo, chemicisque examinibus inſtituendis aptiſſimæ. Modum hujus arboris colendæ, cum cautelis & in cultura, & in detrahendo cortice obſervandis v. Wheeler modern Druide. London 1747. qui liber in vernaculam translatus legitur Hamburg. Magaz. 3. B. p. 647. ſqq. Schmerſahl ibid. 15. B. p. 66. ſqq. ibid. 23. B. p. 281. ſqq. & 24. B. p. 172. ſqq. Schreb. neue Cameralſchr. 10. Th. p. 167. ſqq. ibid. Samml. verm. Schr. 5. Th. 5. St. & 6. Th. p. 357. ſqq.

Fagus Caſtanea Linn. Chataignier, Caſtagno, Κασανα, Κασανεια, Chesnut-tree, Caſtanjeboom, Caſtanien, Köſtenbaum; floret Aprili in ſilva nigra. Arboris, putredini, cariei, humiditati, & frigori reſiſtentis, durabilibus ſed minus pulcris ſepibus aptæ. Gled. l. c. 2. p. 421. ſi ex radice propagata ſit, trans-

 plan-

plantationi ineptæ. ibid. 1. p. 43 ex qua vetuſtiore ſuccum nigrum manare, atramento ſubſtituendum, auctor eſt Moutet hiſtoire de l'Academ. royale des Sciences à Paris. 1764. n. 37. p. 632. ſqq. lignum, quercino vix mollius, hinc fabris lignariis variis uſibus aptiſſimum, carbones optimos præbet, cineres inutiles, ex quibus tartarum vitriolatum elicuit Moutet l. m. c. Folia ſtraminis loco pecoribus, plumarum hominibus inſervire poſſunt; cortex adſtringens ad varia profluvia commendatur: Fructus dulcis, leniter adſtringens nutriens, flatulentus, communis noſtratibus cibus vario modo præparatus panem & pulmenta integris gentibus, oleum pro lampadibus, amylum & pulverem crinalem aliis præbet. du Roi. l. c. p. 273. ſqq. Modum ejus colendæ v. Erhart. l. c. 10. B. p. 488. Schrebers Samml. verm. Schr. 6. Th. p. 422. und neue Cameralſchr. 4. Th. p. 227. ſqq.

Fagus pumila Linn. Zwergbuche, Zwergkaſtanie; in regione Zabergovienſi obſervavit Cl. Hiller. Fructus dulces, ut arboris præcedentis.

Fagus ſylvatica Linn. Buche, gemeine Buche, Maſtbuche, Rothbuche, Beukeboom, Tillar, Beechtree, Standard, Hêtre, Fâce, Fonteau, Fovard, Faggio; floret Aprili & Majo in ſilvis frequentiſſima. Sepibus denſis aptiſſimæ, tonſuræ tamen ſubjiciendæ, ubique ſuccedentis, & vero auctumnoque ex ſemine propagandæ, ambulacra etiam ornantis

tis arboris Gled. l. c. 2. p. 417. lignum igni foci aptiſſimum, ædificiis ſub aqua poſitis, inſtrumentisque variis, aratris, curribus, vaginis, capſulis librorum aptum, & cineres præbet, officinis vitriariis, ſaponariis & cinerum clavellatorum fabricatoribus proficuum, & oleum, alia ligna a putredine muniens. du Roi l. c. p. 264. ſqq. dari, quodſi in loco natali, monte Galliæ Eſperou, maneat, vermibus brevi tempore exedatur, ſin autem parum inde removeatur, diutiſſime conſervetur, referunt Galii in hiſtoire de l'academie royale des ſciences. année 1736. à Paris. Cortex & folia coriis Gled. l. c. 1. p. 23. poſteriora etiam decidua cineribus clavellatis Act. acad. reg. Scient. Suec. Vol. XX. 1759. trim. I. art. 1. parandis inſervire poſſunt. Semina dulcia, farinaceo-oleoſiſſima, aprorum, ſciurorum & variarum avium pabula gratiſſima, in annonæ caritate pani miſcenda, toſta coffeæ ſubſtituenda, preſſa oleum exhibent, quo & in lampadibus & in cibis utuntur ſilvarum incolæ, fœtidulum, corrigendum tamen, ſi per annum in urceis lapideis intra terram foſſis aſſervetur. du Roi l. c. p. 264. ſqq.

Corylus Avellana Linn. Noiſetier ſauvage, Avellano, Nocivolo, Καρυα ποντικα Διοσκοριδου, Haſeltree, Haſelaar, Haſelnoote-boom, gemeine Haſelſtaude, gemeine wilde Haſelſtaude, gemeiner wilder Haſelſtrauch; floret Februario, Martio & Aprili in ſilvis ſepibusque. Fruticis, ambulacris umbram præbentis, ſepibus den-

denſioribus inepti Gled. l. c. 2. p. 413. lignum vi ſudorifera & diuretica, virgula divinatoria, & uſibus mechanicis celeberrimum oleum deſtillando præbet, epilepticis commendatum; rami circulis doliorum apti. du Roi l. c. p. 175. cortex, ut juli, & putamina, adſtringens, in alvi & albo fluore commendatus; folia ab ovibus non comeduntur; flores verni apium culturæ apprime inſerviunt. Gled. l. c. 2. p. 135. nuces, palato, non æque ventriculo, gratisſimæ, oleoſæ, nutrientes, cum ſeminibus prioris farinaceo-oleoſis adſcriptæ a Clar. Scheuchzer l. c. p. 6. oleum preſſione præbentes fœtidulum, anodinum, auctumno collectæ, in arena aut cineribus aſſervatæ, proxime ſequente Aprili in ſulcos pollicem profundos ſeri debent. Schreb. Samml. verm. Schr. 9. Th. p. 190.

MONADELPHIA.

Pinus ſylveſtris Linn. Pin ſauvage, Pino, Pigno, Πιτυς Διοσκοριδου, wild Pinetree, gemeene Terpentyn-boom, wilde Pynboom, Fichte, wilde Fichte, Forchen, Foren, Kieſern, Kienbaum, Fichtenbaum; floret Julio in ſilva montis Spizberg & Schwärzloch. Arboris, eximiis, ſempervirentibus, denſis, durabilibus & firmis ſepibus aptæ Gled. l. c. 2. p. 423. transplantationem non æque ferentis. ibid. 1. p. 39. in Kamtſchatdalia rariſſimæ Kracheninnikow l. c. lignum durabile, leve, fiſſile, aſſeribus, tignis, ſupellectilis variis ſpecie-

ciebus, Geſn. phytogr. ſ. g. p. p. 6. p. 27. radicis etiam trabibus conclavium ſolis ſubjiciendis inſervit; cujus uſus varios & differentias v. Abhandl. d. kön. ſchwed. Acad. d. Wiſſ. 1740. 3. Brtlj. Cortex præparatus panem præbet. ibid. 1742. 4. Brtlj. 6. St. cibum, avenæ præcipue miſtus Norwegiæ incolis, qui etiam equis exhibent. Kalm. l. c. p. 110. exterior primo vere recens pueris edulis. Geſn. phytogr. ſ. g. p. p. 1. p. 41. ſurculos oves a putredine conſervare Ellis. Schreb. Samml. verm. Schr. 12. Th. p. 262. quomodo iidem curculionibus pellendis adhiberi debeant v. Abh. d. kön. ſchw. Acad. d. Wiſſ. 1741. 4. Brtlj. 11. St. & ſine noxa arboris loco paleæ adhiberi, & pecoribus propinari queant. ibid. 1739. 4. Brtlj. foliorum effectum antihydropicum vid. ibid. 1754. Vol. XV. trim. 3. art. 4. turiones ſpiritum ardentem fortiſſimum præbere Geſn. l. m. c. Summitates reſina odorata refertiſſimæ, diureticæ, diaphoreticæ, forma infuſi adſumtæ, ſanguinem depurant: Amentorum pollen & generatim pecoribus, & ovibus Gled. l. c. 2. p. 160. nocet: Semina farinaceo-oleoſis adſcripta a Cl. Scheuchzer l. c. p. 6. matura ex ſtrobilis Aprili collectis & in loco calido dehiſcentibus lecta, ſolo arido macro arenoſo, ſulcis, dimidium pollicem profundis, exarato, terra & muſcis tecto, committenda Schrebers Samml. verm. Schr. 9. Th. p. 191. reſina terebinthinæ æmula, Theer dicta, & oleum & colophonium exhibet, cujus acquirendæ & mo-

